DISCURSUS EX JURE PUBLICO DE SINGULARI SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ EMINENTIA QUEM...

Kaspar Ziegler, Otto Heinrich Pflug, Valenti Gonzaga

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. JOHANNI GEORGIO II.

Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, ac Montium Duci, Sacri Romani Imperii Electori ac ArchiMarschallo, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, nec non superioris ac inferioris Lusatiæ, Burggravio Magdeburgensi, Comiti de Marca & Ravensberg, Dynastæ in Ravenstein, &c. &c.

Principi ac Domino meo Clementissimo.

Si quis, POTENTISSIME ELECTOR, Serenissimæ Familiæ, Domusq; ac dignitatis tuæ rimari ac conquirere velit elogia, nescio an satis admirari eas, an deprædicare possit; Familiam Atavis Regibus debere originem, uno omnes affirmant ore. Domum Saxonicam enim cæteris non saltem palmam dubiam facere, sed præripere quoque quis est, qui ignoret? Ea enim non semel Romanæ Aquilæ sibi vendicavit Majestatem, sed insuper tantis ornata jurium Cimeliis, ut & summæ cuique in his terris Majestati de Eminentia facere litem ancipitem valeat. Quod si porrò quis dignitatem æquo judicio Electoralem consideret, dubius relinquetur, cuinam parti lau-

des suas prius deferat. Æquo enim honoris vinculo nexæ sunt, adeò, ut sejungi à se invicem sine impietatis notâ vix possint. Clementer igitur feres, SERENISSIME ELECTOR, quod hanc obsequii gloriam mihi relictam putaverim, si praeminentis Dignitatis Tuæ jura praesenti hac non tàm sisterem quàm adumbrarem dissertatiuncula. Quam humillimâ animi subjectione in sinum SERENITATIS TUÆ, nunc depono. Exiguum fateor munusculum, quod & aquæ utraque voli haustæ, & Dario Persico oblatæ, merito compares: Regius tamen Clemensq; SERENITATIS TUÆ Animus, qui & leviuscula non respuit munera devoto à Vasallis animo oblata, sperare jubet Te Clementissimis oculis operam hanc meam, vel devotum potius submissumq; obsequium probaturum esse. Ceterum divinum Numen, quod summum rerum judicium SERENITATI TUÆ largiter concessit, veneror supplex atq; adoro, ut quàm diutissimè Te, SERENISSIME ELECTOR, cum Illustrissimâ Familiâ, Sospitem & rebus Abundantem omnibus conservet, ut felicior Augusto, melior Trajano vivas, & auctius indies atq; numerosius Saxonicum Stemma videas.

POTENTISSIMÆ SERENITATIS TUÆ

devotus perpetuo atq; humillimus servus

OTTO HEINRICUS Pflug.

EX JURE PUBLICO
DISCURSUS
De
SINGULARI SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI DIGNITATIS EMINENTIA.

Prooemium.

ACcurata, & in publicum plurimum profutura; Quinti Mutii eſt ſententia, in *L. 2. §. 43. ff. de O. J. Turpe eſſe Patritio, & Nobili, & cauſas oranti, jus in quo verſatur ignorare.*

Hujus enim ſcientia, tam firmiter oſſibus eorum adhærere debet, ut qui id ignoret, gravem legum pœnam incurrat; *L. 9. ff. de Ignorant. Jur. & Fact.* Duas Jurisprudentiæ ſtudii ſacratisſimus Imperator *in §. fin. Inſt. de J & J.* aſſerit poſitiones: Publicum & privatum. Alterum alterius eget auxilio: Prius poſterioris ſupponit cognitionem. Tam firmo utrumq; eſt conjunctum nexu, ut uno reſciſſo totius jurisprudentiæ haud conſtet ratio. Jurisperiti haud decorandus nomine alterutrius occupatus ignorantiâ. Utramque non ingrediens viam à vero facilè aberrabit tramite, propoſitum haud feliciter adepturus ſcopum. Deteſtanda itaq;

quorum ſenecta, qui alterutram juriſprudentiæ alumnis præſcindere intendunt viam. Digni virgula cenſoria juris publici doctrinam ex Academiæ prorſus eliminantes terminis. Juris privati tractationem in uſu magis & foro poſitam utraque conceſſerim manu, ſed an à frequentia uſus ad ipſius rei prærogativam validum duci poſſit argumentum valdè dubitaverim.

Præcipuè, quod juriſprudentia noſtra non artis quæſtuoſæ, ſed meritò veræ & non ſimulatæ Philoſophiæ, inſcribatur titulo, *in L.1.§.1.ff. de J.& J.* Neutiquam civilem ſapientiam, ut rem ſanctiſſimam pretio nummario æſtimandam aut dehoneſtandam aſſerit Ulpianus *L.1.§.1. ff. de Extraord.cognit.* Suo itaque non deſtitui Encomio juris publici cognitioni non defunctoriè comparandæ indefeſſam navantes operam; uberrimi iis conſtabunt olim fructus, qui aliquam ætatis nobiliſſimæ illi ſcientiæ dedicarunt partem. Scatet ea infinitis interiora Principum Secreta ſpectantibus materiis. Neque tamen juris publici tractatio in genere conſiderata noſtro in præſenti ſubjecta conceptui: Ad Romani Imperii applicata ſtatum præſenti labori dedit anſam. Translatio illius ad Germanos immortalem iis peperit gloriam. Palmam ſanè Germania cæteris provinciis non tam dubiam reddit, quam præripit certo. Alia Imperia nonniſi unum regia dignitate præditum tolerant; ſed de noſtro Romano-Germanico Imperio diverſum longè Caroli Quinti judicium: *In aliis regnis mancipiis & ſervis, in Germania Regibus ſe imperare aſſerentis.* Nec glorioſa minus Maximiliani I. ſententia, qua *Regum ſe Regem* dicere ſolitus. Sed ſola de iſtiuſmodi præeminentia ſibi gratulari habet Germanorum natio. Ea ſola Romanæ aquilæ ſibi vindicat majeſtatem: Omni cæteris ad tanti Imperii decus via præcluſa. Eruditè nobiliſ-

ſimam

simam hanc materiam deducentem consuli velimus *Julium* Pflug/ *Episcopum Numburgensem.* Ast non subsistit in in sola hac Imperatoris eligendi potestate, Germanorum præeminentia; sed & de eligentium nullus facilè gloriabitur dignitate, nisi Germanici sanguinis particeps gloriæ. Primariorum Imperii nostri officialium nulla mentio hic facienda. Germanica tellus eà etiam gaudet prærogativâ, quod extra fines illius comitia ac concilia Imperii indicere interdictum Imperatori. Non de sermone & idiomate dicam germanico: alia plura Germanorum dignitatis hic prætermissurus argumenta: ne scopo meo elabi videar, Augustissimam Potentissimorum Saxoniæ Electorum præeminẽtiam devotissimâ mente admirabor nunc & contemplabor, Deus sine cujus luce nostra hæc in literarum studiis peregrinatio, miserabilis quædam erratio, felicissimis cœpta fortunare velit eventibus.

CAPUT I.

De

ORIGINE DUCUM SAXONIÆ.

1. Explicatur familiæ Saxonicæ origo. *2. Quando Regius Saxonum Titulus in Ducis commutatus dignitatem.*

I.

OPeræ pretium me haud perditurum spero, si originem familiæ Saxonicæ genuinam enodavero prius. Ex generis prosapia si aliqua commendatio aut gloria derivanda, nulli tàm antiquitate, quàm Nobilitate cessura Domus Saxonica. Wittekindo Magno cum eruditioribus originem ejus adscripserim merito. Ex regio itaque sanguine prognatos Serenissimos Saxoniæ Electores asseverandum devotè. Non diffiteor interim

terim negotium de regia Wittekindi dignitate nondum videri penitus decisum. Abire videntur historiarum conditores in diversa diversarum sententiarum divortia; ab appellatione firmum desumi possit argumentum. Modò Regis, modo Ducis nomine Wittekindus communis familiæ Saxonicæ stipes decoratur hinc inde. Pro regia ut militem fama, famigeratissima quædam Wittekindei monumenti me movet inscriptio. Cupidum ejus lectorem Angariam amitto, quæ regia olim Wittekindi hodiè vicum repræsentat, uti refert *Bünting. in Chronic. Brunsvic. & Lünebur. pag. 31.* Sed medium probandi, quod minus probabile, me elegisse dixerit quis? De Regni Angariæ existentia nulli non suborturus facilè scrupulus. Sed exemptura cum alia, quæ Hamelæ ad Visurgim extat, cippi inscriptio: ANNO DOMINI D.CCC. BERNHARDUS COMES, CHRISTINA COMITISSA REGNI ANGARIÆ, FUNDARUNT HANC ECCLESIAM. Relatorem hujus negotii produco *Reinerum Reineccium* in tract. de Sax. Orig. pag. 18. Interim ad feliciorem integri hujus negotii expeditionem venerandæ antiquitatis hic consulenda monumenta. Communis quippe nominum Regis ac Ducis Saxonum usus inter Historicos excitasse videtur discordiam. Ut Rex à regendo, sic Dux à ducendo dictus. Utroque nomine diversis tamen temporibus gavisi olim Reipublicæ clavum tenentes. Regium sibi arrogabant titulum pacis tempore, turbulento belli statu Ducis assumpto nomine. Germanorum præcipuè Dialectus huic inservit rei, qua König à können / Hertzog ab Heer und ziehen dicti elegantius. Quicquid sit, usurpatio illarum vocum promiscua ipsi Regiæ Wittekindi dignitati non poterit præjudicio esse. Inquirendum interim latius in hujus originem.

II. Floruit circa annum Christi D. C. XXIX. Bertholdus Dux sive Rex Saxoniæ, hic Successorem habuit Sighardum regio pariter nomine clarum. Illum ordine excepit Dietericus, qui ex Bulinga Vandalorum Regis filia duas suscepit filias, Mechtildin, & Hildegardin, tresque filios Edelhardum, Bartholdum & Wernekindum. Dieterico mortuo ad natu maximum regnum devolutum. Sed hic diem suum obiens non filiis derelictis, sed

fra-

fratri Wernekindo natu minimo Imperii fasces regendas concessit. Et is Wernekindus primus Ducis titulo contentus regium constanter recusavit. Hic tandem nostrum Wittekindum & Brunonem filiamque Hasalam ex Cungilda procreavit. Wernekindo deinceps defuncto summam Imperii Wittekindus adeptus Ducis Saxoniæ, Westphaliæ, Angariæ, titulum gessit. Mox tamen cum Carolus copiis suis Saxoniam quasi inundaret Rex Saxonum simul electus. Regebatur scilicet universa Saxonia eo tempore duodecim Ducibus, qui ordine servato singuli annuum per totam Saxoniam tenuere Imperium. Bello autem ingruentis Regis simul electione prævia subibat vices, qui summæ rerum tunc temporis præerat. Conflictu itaque inter Carolum & Wittekindum suborto, ille victoriam reportavit. Odiosum eam ob rem Saxonum victori videbatur, ut Wittekindus imposterum regio decoraretur titulo; Regius itaque titulus illi Ducis à Carolo iterum mutatus dignitatem. Non desunt hic, qui Carolum Magnum Archiducatum in Saxonia instituisse & hanc dignitatem tamdiu in Saxonia viguisse, donec Electoralis ejus occupaverit locum perhibent. Et memini antiquum aliquod monumentum ab Excell. Dno Ottone Prætorio Poëseos Prof. Publ. celeberrimo mihi monstratum, in quo Duces Saxoniæ magni Duces appellantur. Sed nos hanc controversiam quia antiquitatis velo involuta, nostram haud facimus. Sufficiat paucissima hæc de regia Serenissimorũ Saxoniæ Electorum Prosapia adnotasse.

CAPUT II.

De ELECTORALI DIGNITATE.

1. Recensentur Electorum Elogia & deciditur quæstio, An crimen læsæ Majestatis in Electores committi possit.
2. Explicatur Electorum Origo.
3. Proponitur Septenarii Electorum numeri & mistionis ex Ecclesiasticis & secularibus ratio.
4. Series familiarum Electoratus Saxoniæ exhibetur.
5. Locus & votum Saxoniæ Electoris in comitiis recensetur.

I.

ELectoralem ponderaturus dignitatem quæ à Carolo ipsi data fuerunt Elogia admirabitur; ea omnia quò minus recenseam infinita eorum prohibet multitudo. Paucorum præcipuorum tamen relatione propositæ me satis facturum operæ opinor. Elegantissimis simul & augustissimis Electores dignatur titulis Augustissimus Carolus in aurea Bulla. Accommodatissima eos similitudine appellitat Imperii palmites cap. 2. §. 5. nec minus ut ædificium columnis innixum inhæret integrum: ita felicior Imperii Romani conservatio Electorum effulget authoritate. Unde columnæ immobiles in proœmio aureæ Bullæ appellitantur. Hinc & illa æquè elegans profluxit comparatio, quâ pars corporis Imperatoris dicuntur *Cap. 24. § 1.* Oberste Väter und Rathgeber der teutschen Nation: Hordtleber *de causis belli Germanici Lib. 1. c. 37. p. 292. Num. 511.* Auget mirificè eorum dignitatem, daß ihre Hoheit mit des Römischen Keysers Gewalt und Hoheit dermassen verbunden / daß eine ohne der andern nicht bestehen kan / uti ex decreto quodam cæsareo de anno 1590. *patescit*, referente *Limnæo lib. 3 cap. 2. num. 2.* Ex quo factum videtur, ut Regibus æquiparentur Electores teste *Sixtino lib. 2. de Reg. cap. 20. num. 18.* Neque ingratum forte lectori si famosissimam illam paucissimis hîc tangam controversiam, an in Electores crimen læsæ Majestatis committi possit? Negativæ subscribit Limnæus. Sed quo minus in ejus castra abeam, expressissimo in Aurea Bullâ *Cap. 24.* dimoveor textu. Insistendum huic merito tamdiu, donec apertiori contrarium probetur. Distinguit quidem Limnæus, an intuitu & odio Imperatoris lædantur Electores, nec ne. Priori casu nostræ calculum addit sententiæ, at verò, cum lex non distinguat, nec nobis distinctio confingenda. Argumento *Legis 8. ff. de publ. in rem actione Legis 3. ff. de officio Præsidis.* Confirmat hanc sententiam elegantissimum illud Electorum Encomium, quo pars corporis Imperatoris appellari; vulgatum namque Brocardicum: *quod dispositum est de toto item censetur dispositum de parte. Lege 176. ff de Reg. Jur.* In imperatorem autem committi crimen læsæ Majestatis non est, qui ambiget. Idcircò ut idem de Electoribus asseramus superius allata argumentatio exigit. Nec aliud suadet Lex. 5. cod ad Leg. Jul. Maj. ex qua

cap.

cap. hoc 24. Aurea Bulla conscriptum. Rationum, quibus Limnæus hanc propugnare annititur opinionem Tom. 4. Additionum ad Lib. 3, cap. 1. num. 3 discussio ipsi reservanda collatum.

II. Subjicienda in præsentiarum nonnulla augustum Electorum officium spectantia. Præcipuæ ejus partes in imperatoris absolvuntur electione. Sed ut de origine electorum nonnulla præmittam, accuratior præsentis materiæ dilucidatio videtur exigere. Hoc negotium discrepantes sententiæ adeò reddiderunt difficile, ut manus ei admovere plane operosum sit. Communis Doctorum schola Ottoni 3. Originem Electorum adscribit. Movetur communi & famosa quadam historia, quæ Pontificem Romanum Gregorium V. hanc sanctionem tulisse fertur, Imperatorem hereditarium haud obtinere regnum, Designandos sex Principes, tres seculares, tresque Ecclesiasticos componendo [illegible] Regem Bohemiæ cooptandum: *Limnæus* [illegible]. Sed altum hac de re apud historiarum conditores silentium. Conringius Disputatione de *Septemviris Th. 24.* Ecquis [illegible] sibi imponi patietur conditionem ut credat, eos tantam rem tanto silentio fuisse prætermissuros. *Dominus Conringius Loc. cit.* Et quis ergò vitio mihi vertet, si huic sententiæ fidem adhibere renuam. Constat potius negotium hoc altius repetendum, etiam post Ottonem 3. ad Fridericum II. usque, Imperatores non Electorum, sed aliorum adhuc Principum suffragiis electos. *Teste Nobilissimo Domino Conringio dicta Disp. Thes. 26. Limnæ* [illegible]. Ubi Regem Bohemiæ tempore demum Friderici II. Electorum numero adjectum dicit. Sed & alia, absurdior longe [illegible] prostat sententia. Pontificii enim Papæ adulatores a Romano suo Pontifice originem Collegii Electoralis derivare conantur. Defensitat eam præ reliquis Bellarminus Dux Papicolarum. Ast nullam plane Pontifici Imp. Rom. concedimus potestatem. De facto semper quædam sibi arrogare [illegible] tentarunt Papæ & sic aliena jura per tyrannidem invaserunt. [illegible] Pontificis vicariatus diversum longe exigit. Principaliter à negotiis secularibus abstinuit: ideoque & vicario [illegible] conveniret. Quicquid sit, examinandum ventosum

Bel-

Bellarmini Argumentum, quibus vanam illam (quam & panniculæ meritò æquipares textoriæ) propugnat sententiā. Desumit illud ex capitulo Venerabilem, *extra de Elect. & Elect. Potestate & decreto Vienensi, quod extat cap. un. Clement. de jur: jur.* Verum si Bellarminus testimonii probe ponderasset requisita, eò absurditatis forte non fuisset delapsus. Tritum juris Brocardicon: *Nullus testis in causa propria intelligitur Leg. 10. ff. de Test.* Neq; ullibi ab illa juris dispositione exempti papicolæ. Meritò ergò istud testimonium à Bellarmino adductum hic susq; deque habendum judicaverim. Nisi fortè firmiter putaverit hìc ceu clypeum objectam Pontificum infallibilitatem, remota simul Pontificali ambitione. Sed ne actum agere videar, remitto plura desiderantem ad Limnæum *tom. 4. ad cap. 1, lib. 3. & Arnisaeum in relect. cap. 6.* Quid itaque in dubio hoc negotio certi tandem asserendum dubitaverim omninò, Nobilissimi Conringii insistam sententiæ, eamque ut maxime probabilem interim amplectar, nempe non speciali alicui constitutioni, sed consuetudini ordinum consensu approbatæ collegium electorale suam debere originē, *Conring. Disp. de Septemviris th. 31. & 32. Limnæus lib. 3. cap. 1. Arnis. in relect. cap. 6. num. 62.* Confirmatur ea ex Aurea Bulla cap. 1. §. 1. & cap. 9. §. 2. in fin. Scrupulum tamen hic movet juris consultus famigeratissimus *Heigius part. 1. Quæst. 3, num. 29. & seqq.* diu Electorum credita jura haud esse convellenda dictitans. Sed enim insistimus & erigimur vulgatissimorum juris principiorum auxilio. Non minorem consuetudini quam scriptæ legi jura nostra tribuunt autoritatem. Imò tolli legem per eam posse apertissimus *leg. 32. §. 1. ff. de Leg.* demonstrat textus. Pauli in super in l. 86. de Leg. Hìc ad partes vocanda autoritas. *Magnæ autoritatis, inquit, hoc jus habetur: quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere.* Imò fortiorem scriptis esse juribus consuetudinem *Seneca 1. de Clem. 1.* testatur, *uti Godofr. notat ad hanc legem lit. d.* Eam ergò probationem, quæ ex jure non scripto promanat, ob parilem autoritatem ejusdem valoris nō immerito dixerim, cujus ea judicatur vulgo, quæ lege nititur scripta: satius igitur & securius duco, consuetudini certæ, quam juri incerto originem Electorum adscribere. Præcipuè quod histori-

ſtorica fides priori magis quam poſteriori hoc caſu videatur adſiſtere.

III. Perſpectæ hactenus Electorum origini de numero eorum quædam ſubnectere placet. Septem numero fuiſſe, communis aſſerit ſententia: Unde & ſeptemvirorum profluxit nomen. Deſcribit eorum omnium & ſingulorum officia ſcitè ſatis Nicolaus Reiſnerus ſequenti carmine:

Septem clara viris fulget Germania magna,
Quos penes arbitrium Cæſaris omne manet.
Poma Palatinus Dapifer gerit aurea Princeps;
Dux Gladios Equitum Saxo Magiſter habet.
Marchio fert ſceptrum Camerarius: inde Bohemus
Rex Pincerna manu pocula digna tenet.
Præſul Agrippinus fert ſigna per Itala Regna:
Teutona Mogiacus: Gallica Trevir amat.

Non prætereunda hic ſcrupuloſa publiciſtarum diſquiſitio: qua anxie de ratione hujus ſeptenarii numeri laborant. Ad perfectionem & ſanctitatem hujus numeri confugiunt nonnulli. Aſt ratio hæc non tàm veritatis quàm fallacis conjecturæ nititur fulcris, vitreũ lambit vas, ad inſtar vulpeculæ illius Æſopicæ, pultem haud attingit. Si enim in annis Climactericis diebus criticis morbis, ætatibus non ſeptenarii numeri ſpectanda eſt ratio, ſed occulta quædam naturæ vis; quæ eo tempore ſe exerit; Qui quæſo ejus virtuti numerum hunc tuto committere liceat? Sunt alii, qui ad antiquum Perſarum morem reſpiciunt, ſoliti nempe illi ſeptem conſiliarios eligere, penes quos ſumma Imperii reſideret. Sed nihil probat hæc comparatio. Quid Perſarum mores præſcribere poterunt Imperii Romano Germanici ſtatui? Quænam convenientia Electorum Imperii Romani & conſiliariorum regni Perſici? impertinentem certe & caſſam nimis eam dixerim non immeritò. Nec attentenda hic inanis Piccardi conjectatio, Perſis Germanos origine conjunctos. Ego ſatius duxerim judicium hic ſuſpendere, quam ventoſis & falſis quandoq; conjecturis curioſam nonnullorum promovere ſcrupuloſitatem. Majoris momenti ea quæſtio reputanda: Cur Electoralis Collegii pars dimidia eccleſiaſticis, altera ſecularibus

B con-

cum esset Electoribus. Brevitatis studio causam hujus institutæ ve-
terum adscripserim religioni. Credebant illi pia sua simplicitate
sine sacerdotum assistentia nec suscipi rite, nec expediri quic-
quam feliciter posse. Neutiquam interim eam rejiciendam pe-
nitus censeo sententiam, quam *Iulius Pflug Episcopus Numburgen-
sis* in Oratione de Germanorum statu suppeditat. Ecclesiasticis
scilicet Principibus omni aditu ad imperatoriam dignitatem in
Aurea *Bullâ cap. 26.* præcluso, ademptum hac ratione videri ad
eam ambiendam omnem ardorem, quod in Electorum coopta-
ti fuerint numerum.

IV. Verùm nimis meâ via divertisse sentio. Non inqui-
rendum hic ulterius arbitror, in alia plura Collegio Electorali
communia, à quolibet tamen curioso Electoralis dignitatis
investigatore non minus admiranda. Intentio nostra in devo-
tissimâ dignitatis Serenissimi Electoris Saxoniæ consideratione
subsistit. Nec tædium Lectori benevolo temerario excitan-
dum ausu. Vertendus potius Stylus ad Electoralem Saxoniæ Illu-
strissimi Dignitatem obsequioso competentia ei jura delineatu-
rus conamine. Divisus Electoratus Saxonicus arboris instar
in quinque potissimum familias seu ramos. Primas vulgo adscri-
bunt Ducibus Luneburgensibus, quorum Coryphæum Herman-
num Bilingium allegant *Limnæus lib. 3. cap. 10. num. 1. Sprengerus
Jurisprudentia public. a cap. 10. pag. 16.* Concessit illius potestati
Otto Magnus Ducatum Saxoniæ primum ut Legato aut vicario
gubernandum, ast assignavit is deinde eidem Bilingio peculiari
Ottonis gratia, ut peculium ad heredes transiturum, *Sprengerus
dicto loc.* & tenuisse eundem Bilingii successores per centum &
quinquaginta annorum spatium, testis est Limnæus dicto loco.
Ex hâc ergo Bilingiana familia alii tres, alii quatuor deducunt
Electores, juxta citatum Limnæum. Excepit eam familiam Co-
mitum Supplenburgii familia. Produxit ea unicum tantum Lo-
tarium, Imperatorem postea electum, teste sæpe citato *Limnæo
dicto loco. Sprengero loco citato. Nobilissimo Strauchio Dissert. Exot. 4.
th. 10.* Ast destitutus hic prole virili, Henrico Duci Bavariæ co-
gnomento Superbo, prædictum Principatum una cum Brunsvigo
ac Luneburgo dedit dono. Devolutus idcirco ad Bavaricam do-
mum

mum hic ratione Electoratus. Sed & ea familia temporis peri dum comperta. Proscripto scilicet Henrici filio anno 11 translatus Saxoniæ Electoratus ad Anhaltinorum Principe. Post finitos tandem 227. annos juxta Limnæum loco citato ad Misniæ Marchiones pervenit. Defuncto videlicet Alberto Saxoniæ Duce, & Principe Anhaltino sine virili Stirpe Ericus Lavenburgicus & Ludovicus illam affectabant dignitatem. Verum Sigismundo Imperatori aliter visum fuit. Decoravit enim Electorali prærogativa Fridericum I. cognomine bellicosum Misniæ Marchionem. Prognata est inopinata hac mutatione copiosa controvertenti materia. An citra injuriam Domus Lavenburgensis & Anhaltinæ id fieri potuerit? Ea quæstione non Imperatoris modo Auditorium occupabatur; Sed & prætextu denegatæ justitiæ ad Basiliense concilium negotium devolvebatur. Neutra pars suis destituitur propugnatoribus. Erici partes defendendas suscepit *Cranzius*. Fridericum e diverso defendunt *Andreas* Knichen *de Sax. non Provoc. jur L. 1. c. 2. num. 6. Limn. lib. 10. cap. 3. num. 1. & nob. Joh. Strauch. dissert. Exot. 1. th. 10.* & horum vestigiis insistere nobis nunc sedet animus. Nec Cranzii rationem tanti judicaverim momenti, ut me â sententia dimovere possit. Urget is acerrime successionem, cujus intuitu Electoratum Saxoniæ ad Duces Lauenburgenses pertinere contendit. Sed satisfecit huic dubio famigeratissimus juris publici enucleator *Limnæus Lib. 1. cap. 10.* cuius verba hic tædiose repetere supersedeo non immeritò. Accedit, quod Ericus in investitura haud fuerit comprehensus, quomodo igitur jus aliquod succedendi in Electoratu prætendere potuit? Saxonici namque juris dispositio in successione Feudali cognatos haud admittit, nisi expresse in literis investituræ sint nominati. *Limn. Lib. 3. cap. 10. num. 7. Carpzov. disp. 1. de Arbor. consang. th. 5. num. 42.* Et quid quæso asserendum, si mortuo Alberto Friderici I. Electoris Patre rediisset ad imperatorem ut Dominum Feudi? Certe aliam expectare haud haberemus, Crantio licet invito & dissentiente, quam quod in libero Imperatoris arbitrio res fuerit sita, quem de Electoratu investire voluerit. Placuit autem Sacratissimo Imperatori præ cæteris competitoribus Fridericum Marchionem Misniæ gra-

tiosæ illius investituræ participem faceret. Rediit hâc ratione Ducatus Saxoniæ ad Wittekindi posteros. Accessit quod prætensa investitura obreptitia fuit, ab Episcopo Passaviensi obtenta inscio Imperatore: Jure igitur delatam ad Marchiones Misniæ Electoralem dixerim dignitatem. Prodiere ex hinc continua serie XIII. Electores: Fridericus I. bellicosus qui obiit anno 1428. Fridericus II. Placidus obiit anno 1464. Ernestus obiit 1486. Fridericus III. Sapiens obiit 1525. Johannes Constans obiit 1532. Johannes. Fridericus Magnanimus obiit anno 1554. Mauritius obiit anno 1553. Augustus obiit 1586. Christianus I. obiit 1591. Fridericus Wilhelmus Proelector obiit 1602. Christianus II. obiit 1611. Johannes Georgius I. Gloriosissimæ memoriæ mortuus anno 1656. die 8. Octobris. Johannes Georgius II. invicto nomine hodie effulgens, cujus serenitatem diu incolumem foveat divina benignitas.

V. At verò progrediendum jam ulterius, & nonnulla de eminentiori serenissimi Saxoniæ Electoris loco, quo in Comitiis & aliis actibus publicis gaudet, proponenda. Secundum ordine eum occupare locum certo certius, sed origo istius præeminentiæ dubio non destituta. Derivant eam nonnulli à singulari Ottonis Tertii erga Saxoniæ Electores ob infinita eorum benemerita gratia & beneficentia. Non quidem hic nescius sum controversiæ inter Electorum Saxoniæ & Bavariæ aliquando subortæ: Sed illius decisio cum nondum promulgata, nec à mea quidem tenuitate nunc erit expectanda. Quanti porro momenti jus suffragiorum reputatum semper, nulli non constat abunde. Sed & hic suâ gaudet prærogativâ Potentissimus Saxoniæ Elector, quintum adeptus votum. Nec minoribus etiam elogiis prædicandum est illud axioma, quod ipse jus dirigendi vota in causis Moguntinum concernentibus habet, teste Domino *Reinkingio Lib. 1. de regim secul. & Eccles. Clas. 3. cap. 5. numero.* cui adstipulatur *protocollum Electionis Caroli V. Tit. 26. & 31. apud Goldast. in polit. Imperial. citante Limnæo comment. ad Auream Bullam pag. mihi 259.* Prætereo hic lubens, quod Elector Saxoniæ in Comitiis Imperialibus causas dirigat spirituales & religionis, non secus ac Palatinus temporalibus præpositus negociis, juxta Leonhar-

obhardum. Hûtt. in Iren. cap. 29. p. 132. quippe Limnæi judicio hoc directorium Electori Saxoniæ non ut Electori, sed ut potentiori Augustanæ Confessionis Principi competere videtur.

CAPUT III.

De

ARCHIMARSCHALLATU.

1. Tractatur Etymologia & origo Archimarschallatus.
2. Comparatur Elector Saxoniæ cum præfecto Prætorio.
3. Examinatur controversia de Prælatione gladii in Coronatione Wenzeslai inter quosdam Principes suborta. Explicantur & alia ratione officii Archimarschallatus Electori competentia; ut & contentio de præequitatione inter Legatum Ducis Saxoniæ, & Ducem Juliacensem.
4. Agitur de officio Archimarschallatus in Coronatione Imperatoris deq; vice-Marschalli muniis.

I.

INter cæteras dignitates, quæ Electori Saxoniæ multum lucis splendorisvè fœnerantur haud infimum meo judicio obtinet locum dignitas Archimarschallatus. Hujus ut clarius effulgescat præeminentia ad dioptram sani judicii altius revocanda. Nos operam haud inanem navaturi, si etymon hujus vocabuli enodaverimus, (*Sunt enim verba notæ rerum, per quas res intelligere possumus, uti Baldus perhibet in leg. Si non convit. Codic. de injuriis.*) Varias variorum hic reperire licet derivationes, quidam à Marte communi belli Parente, & vocula Schalck callidum & exercitatum in negotiis bellicis significante deducunt, *Carpz. ad Leg. Reg. cap. X sect. 6. Limn. c. 10 X. lib. 3. num. 20.* Alii à Marckt, quod regionem denotat, quasi nota ei debeat esse variarum regionum facies. Carpz. ad Leg. Reg. dicto loco idem vult quasi Marschallus i. e. major in Sala h. e. in aula sit, nos cum Nobilissimo Strauchio Disputat. exot. 3. th. 11. hanc vocem teuthonicam esse putamus, derivantes à Germanico vocabulo Macr equum significante, unde adhuc in usu vocabulum Märe/ & Schall, quod ministrum

denotat, quasi Marescallus, idem sit ac minister rei Equestri præpositus. Exhinc legem hanc Alemannicam natam putaverim. SI QVIS MARSCHALCUM QVI SUPER XII. CABALLOS OCCIDERIT XL. SOLIDOS PENDAT. Prout constat ex *Leg. Aleman. Leg. 79. refer. Goldast.* Hinc officium hoc antiquam sapere originem in proclivi est conjicere. *Nobilissimus Dominus Strauch in dissert. exot. 3. lib. 11.* à Francis ortum pluribus deducit, in quorum aula Marschallus supremus officialium comes stabuli nuncupatus fuit, cujus jurisdictioni nobiles universi paruerint. Et hæc dignitas apud eos fuit nobilissima, incunabula debens Romanorum institutis, quorum mentio fit *Codic. tit. de Comit. & Tribun. Scolar.* Erant hi ipsi tunc temporis nihil aliud, quã Tribuni militum, & hi sub Latinis Imperatatoribus & consulibus Præfecti Prætorio Præfecti urbis appellabantur. Hinc Imperator Valentinianus eorum indiscretam jubet esse dignitatem *leg. 1. Cod, de Præf. Prat.* Qui igitur sub consulibus erat, præfectus prætorio, sub dictatore appellatur Magister equitum, & sub Regibus Tribunus celerum *Leg. 2. §. 15. de Orig. Juris.* Adeoque illa diversis temporibus nomine erat diversa; reipsa tamen & officio eadem. Rosinus lib. 7. Antq. cap. 4. pag. 685.

II. Haud incongrua hinc videtur Electoris Saxoniæ cum præfecto Prætorio comparatio, maximè in eo, quod ut à præfecto Prætorio appellare fas haud erat, ita & ab Electore Saxoniæ interdicta ulterior provocatio, uti infra videbimus. Nec dissimile illud, quod Præfectus prætorio electus ab Imperatore cingulum cum gladio accepit. Ubi notanda Trajani vox vel cedro digna, quâ præfectum prætorio cingulo donans dixisse fertur, *si pro Republica imperavero pro me, sin secus in me utere; referente Rosin. lib. 4. Antiquit. Rom. Cap. 33. pag. 730.* Electoris etiam Saxoniæ insigne est gladius, quem evaginatum in Comitiis ac processibus imperialibus Imperatori præfert. *Aur. Bull. cap. 26. §. 3.* vaginam istius gladii vice Marschallus Pappenheimius tenet. Et illum morem à Rege Galliæ promanâsse non ineptè cum celeberrimo asseruerim *Strauchio.* Illi enim urbem, in qua sedes Parlamentaria intranti Comes stabuli gladium præferre solet. Sicut & is eidem gladio In throno justitiæ sedenti assidet, referente Limn. *notitia regni Franciæ Lib. 2. cap. 6. Lit. F. F. pag. 1020. & in Comment.*

[illegible] ad aurean Bull. cap. 26. §. 3. observat. 3. p. 488. Ut igitur [illegible] & [illegible] præferebatur Regibus Romanis dubitante *Ro-[illegible]* [illegible] Imperatoribus in signum justitiæ, aut ut ego [illegible] summæ Imperatoriæ majestatis gladius præfertur. [illegible] hic digna, quæ de Venetorum Principe tradunt [illegible] conditores. Gladium scil. non ante sed post Ducem, nec nudum sed in vagina reconditum gestari. Indicari illa [illegible] gladii illis qui Ducem sequuntur, tribuendum [illegible] Limn.

III. Mota hic aliquando controversia in coronatione Wenceslai inter illustrem Dominum Wenzeslaum de Bohemia, Ducem Lucemburgensem Lotharingiæ & Brabantiæ, & Dominum Rudolphum illustrem Ducem Saxoniæ Sacri Imperii Archimarschallum, cuinam gladium Imperii Imperatori [illegible] conveniat? Prætendebat Wenzeslaus Titulum Marchionis Imperii, occasionemque ex Ducatu Lotharingiæ & Brabantiæ quærebat. Hic sacra Archimarschallatus jura urgebat. Quæ res cum ad arma partes incitaret, Imperator Sigismundum Marchionem Brandeburgicum filium secundo genitum juvenem tunc & non nisi decem annos habentem ensem sibi præferre jussit. At vero idipsum Electori Saxoniæ juri in Aur. Bull. tit. 22. fundato præjudicare haud potuit. Exequitur hoc latius *Limn. tom. 3. addit. ad lib. 3. cap. 10. num. 28. Et in Commentario ad Auream Bull. ad cap. 22. Observ. 3.* Cæterum sublimis hujus officii jure Elector Saxoniæ bello pro salute Imperii gesto omnes Imperii status præcedit, uti infert Nobilissimus *Strauch. Disp. exot. 3. th. 11.* ubi duos ei datos olim equos asserit, alterum ad præcurrendum alterum ad præliandum. Hoc in dubium quodantenus revocat *Limn. tom. 4. addit. ad Lib. 10.* Quicquid sit, hoc certum est, quod in conventibus imperialibus in campo omnibus præferatur ordinibus, quos & instruere solet, affirmante Limn. tom. 4. addit. ad Lib. 3 cap. 10. & Nobilissimo Strauch. Disp. exot. 3 th. 11 ubi notatu digna controversia, quæ anno 1520. inter Legatum Ducis Saxoniæ Principem de Anhalt, & Ducem Juliacensem de præcedentia turmarum suborta fuit. Hic enim ordines instruens à Saxonibus interpellabatur, quod Electori suo illa de jure competeret [illegible]. Contestabantur interim Saxones se passuros, ut

Dux

Dux Juliacensis in salvi conductus signum, quod illi jure præfecturæ competeret cum 134. Equitibus anteiret; Cautrone tamen ab eo exacta, ne septa transiliret. Denique sic lis decisa, ut Dux Juliacensis cum copiis suis prorumperet, Saxonesque intrando urbem anteverteret. Hi ne viderentur juri suo conservando deesse, Imperatorem ultra quadrantem horæ detentum tandem in urbem deducebant.

IV. Inter cætera Archimarschallatus officia etiam istud haud exiguum censeri debet, quod Serenissimus Elector in solennibus curiis posito ante ædificium avenæ acervo publicè ad acervum istum equitare, & modium argenteum baculumque manu tenens illum avenâ impletum famulo primitus venienti tradere soleat, *Aur.Bull. cap.27. §.1.* Ab illo tamen more recessum videtur in Coronatione Ferdinandi III moderni que gloriosissimi Imperatoris Leopoldi, quâ ipsâ scilicet Serenissimus hodiè Elector Johannes Georgius II. modium avenâ repletum non Pappenheimio tradidit, sed statim ipsemet effudit. *Limn. ad Aur. Bull. cap.27. Observat.8.* Illum autem acervum avenæ sumptibus Electoris Saxoniæ comparari testatur Goldast. in Reichshandlung pag.286. plebique tandem in prædam cedit, *Limn. citato loco observ.11.* Baculus verò & mensura cum equo Pappenheimio cedunt *Aur.Bull. cap.27. §.6.* Porrò ratione hujus Archimarschallatus Serenissimus Elector in conventibus Imperii etiam de alimentis hospitiis & aliis prospicere tenetur, ut videre licet in der Policey und Taxordnung die 8. Julii Anno 1658. Francofurti publicata. Sed ut alii plerumque concessa sibi officia per vicarios expedire solent, ita & Serenissimus Saxoniæ Elector Domini à Papenheim ut vice Marschalli ope utitur. Trahit illa familia ortum à Dominis de Calatin secundum *Limn. ad Aur. Bull. cap.27. §.6. observat.14.* In administratione autem hujus vicariatus non spectatur successio, sed senioratus. Quamvis enim controversum fuerit superioribus annis inter Erxingerum & Hauptonem, quorum priori competebat ratione Senioratus, posteriori ratione Successionis, quippe cujus & avus & Pater hunc vicariatum tenuerant; Hodiè tamen sopita hæc contentio, quod competat krafft altväterlicher Theilung auch auffgerichteten Vertrag und Burgfriedens den ältesten des Geschlechtes die Verwaltung des Erb-

Erb Marschall Ampts. *Limn. supra citato loco, & tom.5. addit. ad Lib.3. cap.6.num.73.* De cætero admoneri vice-Marschallum de suo officio ab Electore Saxoniæ testatur *Limn. lib.5. addit. ad Cap.7. num.73.* ut officia ea, quæ ratione vicariatus ei competerent administret. Et sunt quædam, quæ ante adventum Statuum ei expedienda, ut diversoria nimirum statibus Imperii assignet, nominaq; eorum quibus assignata fuerint inscribat. Hæc si quis deleverit juris rigore falsi crimine notatur *Leg.1. Cod.* de Metatis, nisi ædes ab hospitum receptione fuerint immunes Leg.5. cod. eod. inquirendum insuper ipsi an locus sit sanus, curaque rei annonariæ habenda, factâ renunciatione Saxoniæ Electori *Limn. tom.5. add. Lib.3. cap.12.num.73.* Sed & cura securitatis & nocturnarum excubiarum Pappenheimio incumbit. Ipse autem in solenni ingressu cum baculo omnes Principes statusque antecedit. Cætera, quæ ei incumbunt, vid apud *Limn. sæpius citat. loc.* Et hæc sunt, quæ de Archimarschallatu scitu digna occurrunt, consequens est, ut cæteras percurramus dignitates. Id verò ut possit fieri commodius, ductum tituli Serenissimi Electoris Saxoniæ sequamur.

CAPUT IV.

De

DUCATU SAXONIÆ.

1. *Unde nomen Ducis descendat?*
2. *Ducatus Saxoniæ describuntur limites.*

I.

IN dignitatis Electoralis trutinatione primo loco Ducatus Saxoniæ latiori percurrendus opera. Ducem à ducendo, vel à deducendo exercitum in hostilem agrum derivari superius dictum. Dicebatur quippe Dux sub dictatore Romano Magister equitum *l.2. §.19. ff. de O. J.* Sub Imperatoribus verò Ducis nomen propriè in usu esse cepit *leg.2. C. de Off. Præf. Præt. Afric. l. ult. C. de Off. mil. Jud.* Hinc apud Romanos nomen Ducis merum militare. *l.5. §.1. ff. de pact. lib.2. §.1. ff. de his, qui not. infam. l.3. §.15. l.4. pr. ff. de re mil.* Cùm enim equites in decem turmas dividerentur, ex unaquaq;

quaque tres sumebantur Duces, ut triginta Duces in 10. turmis essent. Vid. Rom. Illustr. Anonymi cujusdam, cujus nomen sub silentii sipario latet. Nec impertinens hic illorum divisio, quâ alii communes, alii proprii appellati; illorum numero assignati centuriones & tribuni, hi verò erant Legati & Imperatores, uti idem Autor refert. Postea successu temporis *Limn. l. 4. cap. 3. n. 6.* hos Duces Gubernatores dictos maluit, & ut illi videtur in Rhetia primam cepit originem; propagatum deinde in locos alios. Hi duces, postea Principes facti sunt; uti etiam hoc videndum teste Limn. inter Longobardos, qui posteaquam exosum apud eos regium nomen fuerat 30. Ducibus Reipubl. statum commisere. Qualis olim apud Francos Germanosque Ducum dignitas fuerit, hujus loci non est adducere. Cupidum lectorem *ad Limn. lib. c. 3. à n. 9. usque ad n. 15.* remitto. Nobis is Dux est, qui de Ducatu à Principe supremo est investitus, h. e. cui Princeps in beneficium Regionem, quæ Ducatus nomine venit, concessit *l. F. 1. §. 1. c. 5.* Sed notandum hic, quod quidam investiti fuerint, olim tantum ad vitam, successu verò temporis in perpetuum. *Limn. l. 4. n. 15. Reinking. de regim. sec. & Ecclesiastico lib. 1. Class. 4. c. 12. n. 4.* Certi hoc quidem juris est, rem à persona nomen sortiri *l. 1. C. de impon. Lucrat. descript.* Hoc tamen casu modo inverso persona à re sumit statum, & à Ducatu Dux dicitur. At verò injiciunda hic errorum genetrix ambiguitas Ducatus. Sumitur vel pro moneta, quam alii Romæ, alii Venetiis primùm cusam memorant, & quidem à Johanne Tandalo anno 1280. Fuit id, *ut Limn. l. 4. addit. c. 4.* refert, pulcherrimum numisma, cui in una facie insculptum nomen Ducis in alterâ hic versiculus:

Sit tibi Christe datus, qui tu regis, iste Ducatus.

& istiusmodi monetam memini me vidisse apud Nobil. Dn. Lyncrum jus publicum nobis prælegentem. Deinde sumitur pro conductu, q. s. sit idem ac Geleit. Tandem pro Ducatu einen Hertzogthumb. Sed hic obiter notanda insignia Ducatus; vix enim ulla dignitas suis destituitur insignibus. Donatus nempe Dux signo pilei, quem circumdat corona rotunda, non erecta, nec ascendens, in modum Zonæ circumdantis pileum Lim. lib. 4. cap. 8. num. 35.

II. Ac

II. At verò ne latius divagemur ad noſtros Duces Saxoniæ nobis revertendum. Quænam eorum conditio olim fuerit, caput 1. oſtendit originem Wittekindeæ attribuere ſtipiti, ibi ſatis demonſtratum, ſed ut diverſæ fuerunt familiæ, ita eas recenſere ſupervacaneum duco, exhibebit illas optimè *Lim.l.5.c.15.* qui & jura ac privilegia eorundem latius deducit. Nec controverſiam hîc ſatio meam, quam linea Altenburgenſis & Vinarienſis de præcedentia inter ſe fovent. Altioris enim ea eſt indaginis, quam ut in cathedra decidi posſit. Cum itaque Ducatus Duces efficiat, paucula de Saxoniæ Ducatu ſunt adjicienda. Poſſem hîc perplura de Saxonum in has terras migratione, Politia, vita, moribus, latiori tractare calamo, niſi pagellarum anguſtia id prohiberet. Sufficiat inpræſentiarum, quid Saxoniæ olim nomine, quidque nunc veniat annotaſſe. Antiqua Saxonia ſi Gerhardo mercatori fides adhibenda, inter Albim & Rhenum fluvios, mare Germanicum & Eudoram Amnem, uſque ad Hasſiæ & Thuringiæ confinia extendebatur, eratque ejus centrum Brunſvicum & hâc ratione Weſtphalia, Marchia Vetus, Miſnia, Luſatia, Mansfeldia aliæque Regiones complures Saxoniæ nomine comprehenſæ, hodiè verò dividitur in Saxoniam ſuperiorem & inferiorem. Saxoniæ inferioris urbs primaria Halla, Superioris Witteberga cenſetur. Cæterum ex primis inveſtituræ literis Saxoniæ membra ſunt teſte *Limn. l.3. cap.10.* comitatus Palatinus, cum arce atque Oppido Aldſtad Burggraviat. Magdeburg una cum juribus. Præter Wittebergam & Belzig/ Brück/ Niemick/ Geſſen/ Brettin/ Hertzberg/ Liebenwerda/ Bitterfeld/ Kemberg/ Schmiedeberg/ Schweinitz/ Zana/ Gräffenhanichen/ Brena/ Gommern/ Seida/ Luchau/ Schönenwald/ Schlieben/ Ubigau/ Warnburg. Totius verò territorii Saxonici accurata ſatis à Nobilisſimo Limn. exhibetur diviſio *lib.3. cap.10.* & quidem duplex, quarum prima in 4. circulos extenſa (1) Saxonicum. (2) Thuringicum. (3) Miſnicum. (4) Francicum. Thuringicus ſubdividitur in tractum Orlanum, Salanum, Vinarienſem, Gothanum & Werranum; Miſnicus verò in Vogdlandicum & Torgenſem; altera autem & novisſima quidem diviſio: Saxonicum, Thuringicum, Miſnicum, Lipſienſem, Montanum (den Ertzgebürgiſchen) & Voigdlandicum exhibet circulos.

CAPUT V.

De

DUCATU JULIACENSI, CLIVENSI ET MONTIUM.

1. Quâ ratione Duces Saxoniæ titulo Ducis Juliacensis, Clivensis & Montium decorentur.

2. Rationes dissentientium refelluntur.

I.

DUcatum Saxoniæ excipiunt Ducatus Juliacensis, Clivensis & Montium, quos optimo jure Electores Saxoniæ possidere reluctantibus licet adversariis pluribus arbitramur. Quo autem melius cognoscere possimus argumenta, quibus nostra innititur sententia, paucis exponenda est occasio, quâ devoluti hi Ducatus ad Duces Saxoniæ. Recurrendum scil. ad Albertum Ducem Saxoniæ, quem moderna linea parentem communem habet: Stetit is leonino animo & forti dextrâ à partibus Friderici, ita ut partim Carolum Burgundiæ Ducem finibus Imperii proprio conscripto milite ejecerit, partim Corvinum ad pacis redegerit articulos. Et huic in recompensationem tantorum meritorũ, zur Ergetzligkeit der getreuen Dienste / Ducatus Juliacens. & Bergensis, si obitu Wilhelmi vel alio modo imperio vacaverit, in Feudum concessus. Hæc concessio non tantum à Maximiliano primo Friderici tertii filio confirmata, sed & ad Ernestum Alberti fratrem extensa Anno 1486. Daß / wofern Hertzog Wilhelm ohne männliche Lehn-Erben abgienge / daß die entledigte Hertzogthümer zur stunde und ohne Mittel an Hertzog Ernsten und Albrechten und seine Männliche Leibes Lehns-Erben lediglich und unverhindert kommen und fallen sollen. Nec in hoc acquievit Imperatoria Magnificentia, quin denuò confirmatum Anno 1495. illud privilegium adjecta clausula treulich und ohne gefährde. Sed & hæc confirmatio iterata anno 1510. Mortuo tandem Wilhelmo anno 1511 sine masculis hæredibus Fridericus Elector Saxoniæ ut fas erat immissionem in hos Ducatus petit, nec defuit petito Impera-

toria

toria Majeſtas, plenam eorum tribuens conceſſionem. Sed impedita ea à Johanne Duce Clivenſi nomine uxoris Mariæ Ducis Wilhelmi filiæ. Saxones hoc cognito Cæſari eventum rei aperiunt. Commotus eâ ratione Imperator amicabilem compoſitionem pollicetur, citatione ad comitia annexa. Cùm verò ibi iterum longiori morâ res involveretur, Saxones rurſum inſtitere: quo facto Treviri citati comparuere utræque partes per legatos, ſed res iterum Legatis diverticula quærentibus moram paſſa. Delatum igitur tandem negotium Francofurtum anno 1515. die Lunæ poſt Lætare, ubi Cæſar per pactum matrimoniale inter Johannis Clivenſis Junioris ſororem & Erneſtum Brunſvicenſem Friderici Electoris Saxoniæ è ſorore nepotem cauſam decidendam ſvaſor extitit, ſcilicet ut mortua Maria Clivenſis uxore ſine hæredibus maſculis controverſi Ducatus Juliacenſis & Bergenſis novis illis nuptis & illorum hæredibus maſculis cederent. Sed abnuere Legati Ducis Georgii immisſionem in poſſesſionem urgentes. Cæſar cum inaudiviſſet Clivenſem Geldrenſi Imperatoris hoſti filiam elocaturum, dilationem petit, pollicitus, ſe nihilominus officium ſuum facturum, paulo poſt Maximiliano fatis cedente Saxones Carolum ſucceſſorem denuò ſollicitant. Et hic quidem amicabilem compoſitionem promittens defectione tamen Clivenſium, quam meditabantur, deterritus Clivenſem de Ducatu inveſtit. Saxones hoc percepto miris modis indignati fuere, hoc unico tamen interim erecti, quod inveſtitura illorum Juribus derogare non potuerit. Redacta tandem poſt longa diverticula in pacem & concordiam hæc contentio per pactum matrimoniale reaſſumptum & conſummatum inter Johannem Fridericum tertium, & Sibyllam Clivenſem verba illius pacti ex Franzio tranſcribere non pigebit. Ferner iſt abgeredt/bewilliget und beſchloſſen/ob wir Hertzog Johannes und Maria Hertzogin zu Cleve und Jülich/ keine Männliche Erben hinter uns verlaſſen würden/ die fürder keine Erben verlieſſen/ alßdann ſollen unſer Fürſtenthümer/Cleve/ Jülich und Berg/ die Grabſchafften von der Marck und Ravenberg/ſampt allen Gütern/ Ein- und Zugehörungen/ An- und Zufällen/ Gerechtigkeiten/ und was wir oder unſere Männliche Erben hinter uns verlaſſen würden/ nichts außgeſchloſſen

mit Landen und Leuthen / wie wir oder unsere Männliche Erben das gebraucht / oder hätten gebrauchen mögen / an gedachte unsere älteste Tochter Fräulein Sibyllen / Hertzogen Johanns Friedrichs Ihrer Ld. Gemahl und ihrer beyden Liebden Erben/ob sie die mit einand zeugen würden/komen und geerbet seyn, der sich die Landschafft halten sol. Cautum insuper utriusque partis consensu daß die Förderung so Hertzog Johann Churfürst anmassen / und Hertzog Johann zu Jülich und Cleve nicht geständig jeden Theil unvergreifflich seyn und bleiben soll / & hæc pacta à statibus rata habita & à Ferdinando anno 1546. confirmata, Saxones tranquillos reddiderunt, ut acquiescerent, & eventum divinæ providentiæ committerent. Cum igitur Dux Johannes sine masculis anno 1609. decesisset Christianus secundus elector nomine suo & familiæ suæ Vinariensis, Altenburgensis, Coburgensis in Ducatus dictos immissionem petit, simul status provinciales de jure suo monet, mandans, ne ullum admitterent, nisi à Cæsareâ Majestate legitimus successor declaratus fuerit. At verò hujus negotii certios factus Elector Brandeburgicus cum Wilhelmo Wolfgango Palatino Neoburgico specie obtenti privilegii à Carolo quinto filias ad succesionem admittentis possesionem dictorum Ducatuum occupant; restitere tamen illis Duces Saxoniæ transactioni inter Brandeburgicum & Palatinum Dordmünde compositæ conjunctim contradicentes. Unde & ea à Cæsare irrita facta adjuncta inhibitione, ut omnia in statu, qui tempore morientis ultimi Ducis fuerit pacata tranquillaque manerent. Repetita deinceps hæc fuit inhibitio adjectis binis edictalibus sub pœna banni publicatis. Prostitere nihilominus in sententia Principum animi, neque flecti poterant Imperatoriis hisce edictis. Cæsar in dubio & difficili hoc negotio habita deliberatione, tandem Duces anno 1610. de Ducatibus Titulum cæteraque regalia concedendo investit

II. Sed gratiosa hæc Imperatoris concesio pluribus litibus ansam præbuit, quæ nec hodienum finem adeptæ. Et optanda sanè gravisimè hujus controversiæ plena compositio. Prætendenti Brandeburgico belli jus summam juris æquitatem opponit Domus Saxonica, & benevola cæsaris concesione fluentem.

omnem. Schenck Baro à Tautenberg concessionem talem tanquam votum mortis captandæ improbat. Sed cum expressimos textus Feudales habemus cur Baronianæ subscribamus sententiæ non video. Licet eos reperire in Cap. 4. §. moribus 2. F. 26. 4. F. 5. 1. F. 4. 2. F. 35. Nec distinguendum an Vasallus liberos habeat nec ne, quod Autor deductionis Neoburgicæ censuisse videtur, dum Wilhelmi sterilitate ad ejusmodi concessiones promotos cæsares contendit. Sed enim concessionem Feudistæ semper firmiorem putant, secuti spes de Feudo propediem aperiendo fuerit. Nec obicem ponit eorem sententia, qui Cæsarem capitulationibus adeò adstrictum asserunt, ut Feuda ab Imperio distrahendi facultas ipsi censeatur planè ademta. Abunde enim huic Argumento satisfecit Franzkius lib. 3. resol. 1. num. 11. Neque verò continent illæ concessiones nudam promissionem, sed simultaneam investituram daß das Hertzogthumb Gülich und Berg durch Abgang Hertzog Wilhelms zur Stunde und ohne Mittel an die obgenanten Churfürsten von Sachsen und ihre Lehens Erben unverhindert kommen sollen. Huc faciunt & insigniter militant pro domo Saxonica prægnantissimæ clausulæ, quibus concessio Imperatoria munita mit wohlbedachten Rath zeitiger Vorbetrachtung eigner Bewegnüß und rechten wissen aus Röm. Käyserl. Macht und Vollkommenheit, nec minus, quod pleno jure data mit allen Obrigkeiten immediate, simpliciter & sine ullo impedimento. Opponunt hic adversarii illam Friderici III. concessioné esse cassam, utpote quæ citra consensum Electorum ordinū statuumq; sit facta. Tales etiā actus invalidos esse urgent ac contra fidem capitulationū cæsariarum. His enim juratū, Feuda vacantia ad Imperii patrimoniū redigi debere. Verū quis potestatem hanc Feuda regalia concedendi imperatoriæ deneget Majestati. Permittit sane hoc Aureæ Bullæ capitulum quintum Feuda regalia reservatis annumerans imperatoriis. Reservata autem Imperatoris liberæ Imperatoris dispositioni relinquenda meritò. Huc facit egregius aureæ Bullæ textus *in capitulo 7. §. 3. si aliquem ex hujusmodi principatibus ipsorum sacro Imperio vacare contigerit, tunc imperator, qui pro tempore fuerit de ipso providere debebit & poterit, tanquam de re ad se & imperium legitime devoluta.*

Non

Non quidem negaverim hoc jus Imperatorum per capitulationis Caroli V. artic. 9. aliquahter diminutum: ut Feuda scilicet vacantia patrimonio Imperii cederent. Sed quid capitulatio Caroli V. Maximiliano I. ejusque Patri Friderico poterit præscribere? Contrarium potius evincit investitura Ducatus Wirtembergici, in quâ hæc cautionis formula adjecta scilicet extincta Wirtembergensium Ducum familia se nemini collaturum esse Ducatum. Sanè hæc cautio supervacua fuisset, si hoc per leges imperii cautum fuisset. Nec minus temperatur hæc prohibitio insigni hâc clausula, quod citra justam causam Imperator hoc facere haud debeat: quæ clausula in nostro cessat negotio. Alberto enim Saxoni Ducatum Juliacensem fuisse concessum ob illustria merita Imperatori exhibita quis nescit? & hæc ad primam objectionem sufficiant. Deinde investituram Friderici & Maximiliani coram paribus Curiæ non esse factum urgent, quam tamen solennitatem jus Feudale maxime requirit. 2. F. 2. p. 2. Verum ad hanc objectionem hoc repono responsi; consuetudinem, quam juri scripto non inique compares §. 9. Inst. de jur. nat. gent. & civil. in Germanico introductam esse, qua & ea investituræ satis firmo stant talo, quæ sine testimonio parium curiæ sunt confectæ asserente Nobilissimo Strauchio in disput. exot. 10. thes. 16. nec inepte Excellentissimo Struvio Syntagmata juris Feudalis cap. 16. aph. 5. distinxerim inter Feuda regalia & non regalia, quā distinctionē primùm F. cap. 18. suggerit. Feudis nō regalibus pares curiæ adhiberi ambabus largior manibus. Hoc tamē negandū duxerim de Feudis regalib9, de quibus solus Rex sive imperator judicat, uti satis demonstratū supra. Reservata enim adeò sacra dixerim, ut violationē quandā plane respuant. Majestas quippe unica reservatorum genitrix habenda *docente Stamlero* de reservatis Imperatoris Romano germ. in prol. n. 20. Et quid opus haberemus parium curiæ efflagitare testimonium, cum hæc investitura Wormatiæ anno 1594. præsentibus ordinibus â Maximiliano primo repetita & confirmata fuerit. Cessat igitur non immerito hæc objectio; ad aliam nos accingimus: quâ concessionem hanc plane nullam asserunt adversarii, eo inprimis innitentes fundamento, quod concessio sit

valida,

ſi concedens tempore conceſſionis rem poſſideat, ſecus ſi Vaſallus Feudum adhuc obtineat. Jam vero ſi hæc applicemus ad noſtrum caſum, conſtabit eo tempore poſſeſſionem vel ut nobis vocatur dominium utile penes Wilhelmum fuiſſe. Directum igitur Dominium collatum fuiſſe nemo opinor aſſeret; quia ſic avulſus ab Imperio eſſet Ducatus. Utile non potuerunt transferre, cum ipſi non habuerint. Patrocinatur huic ſententiæ *Ulpianus l.20. ff. de A.R.D.* cujus verba adſcribere non pigebit: *Traditio inquit, nihil aliud transferre poteſt, vel debet ad eum, qui accipit quam eſt apud eum qui tradit. Si quis igitur Dominiũ in fundo habuit id tradendo transfertur, ſi non habuit ad eum, qui accipit, nihil transfert.* Hinc illud Juris brocardicon *neme plus juris ad aliũ transferre poteſt, quam ipſe habet l.54. de Regulis Juris.* Accedit quod hæ conceſſiones non jure ſed evento incerto factæ fuerint, quo caſu Dominium haud recte tranſit. Verum reſpondeo cum Nobiliſſ. Franzkio (cujus ductum in hoc arduo negotio plane ſequor) in deductione cauſæ Juliacenſis n. 66. Hactenus prolata de eo concedente eſſe intelligenda, qui nihil juris in re conceſſa habeat. Et huc ſpectare putaverim textus allegatos, minime autem illi ſunt extendendi ad Dn. Feudi. Hic enim dominium directum & jus aperturæ feudi habet. Poteſt igitur pro lubitu dominium transferre, in quem velit, ita, ut ſi Feudum apertum fuerit realiter translatum cenſeatur. Sit igitur dominium utile penes Vaſallos, potentia tamen penes inveſtientes eſt. Hinc Saxonum Ducibus prima conceſſione tam validè conceſſi videntur Ducatus quam ſecunda. Quine & convincitur ipſe Merckelbach (qui vel ſolus obicem nobis ponit) proprio ſuo argumento, dum per privilegium habilitatorium Caroli V. filias dominium utile Ducatuum controverſorum obtinuiſſe aſſerit. Argumentandum inde nobis ſic erit: Si Carolus V. dominium utile asſignare potuit, ſequitur, quod & Fridericus III. Sed verum eſt prius, ſecundum Merckelbach/ ergo & poſterius. Ubi enim eadem ratio, ibi quoque eadem juris diſpoſitio. Falſum itaque eſt, quod dominium utile actu ſemper præſens eſſe debeat. IV. Eo confugiunt adverſarii aſſerentes; Fridericum mortuum ante apertionem Feudi. Jam vero certi juris eſſe, ſi Dominus Feudi decedat,

antequam aperiatur Feudum, quod tunc ſucceſſor non cogatur promiſſionem ratam habere. Verum ſi recte inſpiciatur jus Feudale, ejus ſententia de alio caſu erit accipienda. Ad ſolos enim clericos bonaque Eccleſiæ ea pertinet. Hi autem vel jure poſtulationis vel per electionem, & ſic novo titulo ad dignitatem aſcendunt can. apoſt. 7. c. 8. q. 1. Haud itaque tenentur anteceſſorum facta præſtare, cum cauſam habeant ab eis nullam. Nec movemur porro quod eo ipſo, quo Carolus V. Johannem Cuvenſem inveſtierit conſtitutionibus Friderici & Maximiliani derogatum contendunt. Reſpicientes forſitan ad illud Modeſtini l. ult. ff. de Conſtit. Princ. *Conſtitutiones tempore poſteriores potiores prioribus dicentis.* Verum ex ſupra dictis abſurditas hujus aſſerti patet, dum inveſtituras anteceſſorum â ſucceſſoribus ratihabendas diximus. Sane Capitulationes â Carolo V. usque ad Leopoldum noſtrum inviciſſimum jura ac privilegia ordinum confirmant, imò impium eſſet, ac imperatoriæ beneficentiæ adverſum revocari â ſucceſſoribus conceſſiones beneficiorum, quæ ob merita fuerint collata, cumprimis ſi juſtam cauſam pro fundamento & baſi habeant. Tandem Carolus V. expreſſe teſtatur, quod ea inveſtitura Ducibus Saxoniæ fraudi eſſe haud debeat. Huc enim collimant clauſula inveſtituræ adjecta: haben wir ihm mit gedachten Fürſtenthumben / Graff- und Herrſchafften / doch nicht anders denn zu ſeinen Rechten belehnet / und ſonſt männiglich ſein Recht vorbehalten. Non deſunt qui 6. Feuda fœminea dictos eſſe Ducatus aſſerunt. Fridericum igitur ac Maximilianum in fraudem filiarum adhuc ſuperſtitum Feudum aliis concedere haud potuiſſe. Nituntur exemplo Reinoldi ſorori ſuæ Ducatum Juliacenſem teſtamento relinquentis: Engelberti filiæ Ducatum Bergenſem loco dotis concedentis; Adolphi Ducatum Juliacenſem cum Reinholdi vidua accipientis, aliisque exemplis, quæ leguntur apud Nobiliſſi Strauchium diſſert. exot. 10. theſ. 15. Verum exemplorum adductorum obſcura eſt ratio & probatio. Et ipſa conceſſio Maximiliani in verbis wann er keine männliche Leibes-Lehns-Erben hinterlieſſe naturam & indolem horum Ducatum ſatis expreſſit, Feuda ſcil. ſic maſculina & neutiquam ad hæredes tranſitoria affirmans. Sed & hoc alias ſatis noto-

notorium est, quod feuda hæc Fürstenlehne fœminina esse nequeant. Neque naturâ Feudi fœminæi in eo consistit, quod ad fœminam quocunque modo transiit, sed necesse est ut ab initio fœminæ concessum sit, & ab ea penitus originem habeat. Quodsi porro Feudis fœmineis hi Ducatus fuissent assignandi, quid opus habuisset Wilhelmus peculiare privilegium pro filiabus â â Carolo V. obtinere? Nec dici potest impetratum id privilegium ad renovationem, uberioremque confirmationem. Hoc enim supposito Carolus V. omni procul dubio juris illius mentionem fecisset; quia diversum probari videtur ex confirmatione pactorum dotalium Saxonicorum. His enim specialiter cautum; ne per successionem Ducissæ Sibyllæ indoles feudorum mutetur, sed in pristino masculinitatis statu permaneat. Ita quippe verba expressa; daß die Art der obberührten Lehr durch solche Anwartung und Anfall nicht verändert / sondern in ihren wesen bleiben / und nach Abgang der gedachten Sibyllen auff ihre und des vorbenandten Hertzog Johann Friederichen männliche Lehns Erben / als obstehet / fallen und kommen sollen. Sole itaque clarius est, feuda hæc masculina, non fœminea esse. Pergimus tandem ad argumentum â præscriptione petitum, quam sequentibus potissimũ defensitant rationibus, quod primùm Domus Saxonica nunquam judicialiter, sed extra judicialiter processerit. Præscriptio autem per actus extra judiciales non interrumpatur. Deinde notorium esse dicunt, Saxones per octoginta annos in prosequenda lite cessasse. Nihil enim ab eo tempore, quo Johannes Dux Cliviæ investitus actum, nec subseqq. Imperatoribus investituram continuantibus contradictum. Jam vero certi juris, illos, qui de comitatu sive Ducatu fuerint investiti, juri suo videri renunciâsse, si alios de eodem Ducatu investiri fuerint passi, & per annale saltem nedum octoginta annorum spatium tacuerint. Verum frivolis exceptionibus reponendum censeo non posse in præsenti casu præscriptionem locum habere, quod Dux Clivensis haud ignorans Saxones jus aliquod indictis Ducatibus prætendere, nihil ominus tamen propria autoritate eos occupaverit, & hinc in malæ fide constitutus fuerit. Constat autem malam fidem neque usu capionem neq; præscriptionem

admittere Excipiunt quidem hic adversari dicentes ad præscriptionem triginta vel quadraginta annorum bonam fidem haud requiri. Nituntur potissimum suam probare sententiam *ex l. 8. §.1.C.de triginta l.40.annorum præscriptione.* Jus Canonicum tamen iis haud patrocinatur nullam absque bona fide præscriptionem sive canonicam sive civilem admittens capitulo fin. de præscript. capitul. vigil. 5. eodem cap. Possessor de Reg.jur.in sexto ubi mala fidei possessor nullo tempore præscribere dicitur. Citat sæpe laudatissimus Franzkius complures juris canonici autores, quo lectorem cupidum remitto p. m. 132. Illis addo sententiam ex secundo Faud. 87. ubi expresse hæc legere licet verba: *Si vero malam fidem habuerit, nulla se poterit defendere præscriptione*, at vero ut clarius procedamus ad præmissas objectiones, paucissima erunt reponenda, & ad 1. quidem negando, quod nullam Saxones litem judicialiter moverint. Judicem enim i. e. Cæsaream Majestatem habuisse nemo facile negabit. Hoc quidem concedendum, illos non ordinario sed summario processu rem egisse, interim talis procedendi modus pro actu extra judiciali habendus illico non est. Primo enim cuilibet notum, quod illustres personæ, quales hic sunt in summo Imperatoris consistorio non ordinario sed simplici procedant modo. Deinde licet olim oblatæ Principi preces tantum in actionibus prætoriis effectum citationis habuerint, hodie tamen latior earum est extensio, uti ex novella centesima duodecima capitulo 1. & autentica litigiosa codice de litigiosis satis abunde patet. Ad alteram rationem dubitandi respondeo, Saxones non ex negligentia, sed ex certitudinis juris sui à multis Imperatoribus confirmati actionem suspendisse: & licet nulli investituræ à dicta domo Saxonica contradictum fuerit, certi tamen juris est, quod protestatio & contradictio superflua sit in casu, quo alicui jus suum sartum & tectum remanet, l. ult. princ. ff. naut. caup. stab. ut recept. restit. Et hæc de primo fundamento nostræ assertionis dixisse sufficiat. Paucissima de secundo fundamento I. tribus adjicienda, cujus cardo in pacto dotalitio vertitur, quod inter Johannem Fridericum & Johannem Clivensem non sine applausu statuum provincialium intercessit scil. Sicubi contingeret Jo-

hannem & Mariam Clivensem sine liberis discedere, & nullos masculos hæredes relinquere, quod tunc Ducatus Juliac. Clivens. Bergensis comitatus Margk à Ravensberg dynastia Ravenstein/ cum omnibus juribus ad Sibyllam filiam primogenitam & Maritum Johannem Fridericum devolvi debeant. Destinatum hoc remedium conciliandæ inter partes contravertentes amicitiæ. Monendum autem hic hanc formulam keine Erben verliessen/ non ad primum & secundum, sed ulteriores gradus extendendam, quod ex formulis satis constat, Ob wir Hertzog Johannes und Maria keine Männliche Erben hinter uns verlassen werden / die förder keine Erben verliessen. Et alibi, So sichs denn zutrüge/ durch unsern und unsers Männlichen Leibes Lehns Erben tödtlichen Abfall. Quæ verò ad hæc adversarii excipiant, cupidum lectorem ad Franzkium remittere placet, parte 2. sect. 1. & seqq.

CAPUT VI.

De LANDGRAVIATU THURINGIÆ.

1. *Quisnam dictus Landgravius paucissimis explicatur.*
2. *Thuringiæ sæpius mutata conditio proponitur.*

I.

HAud exigua præeminentiæ particula in Landgraviatu Thuringiæ residet, de qua brevissima aliqua erunt dicenda. Sunt autem Landgravii præfecti provinciarum Regionum comites seu Judices *Limn. l. 3. c. 4. num. 77.* Sive ut Nobiliss. Struv. in Syntagmate Juris Feudalis notat, qui provinciis limitaneis ut eas defenderent & simul officium judicis sustinerent, erant præfecti. Olim quidem erant ex comitum genere; Hodiè tamen superiores his: in serie enim principum locantur. Hinc Sixtinus l. 1. c. 5. de regalib. n. 119. æqualem dignitatem cum Ducibus iis attribuit. Hoc quidem nunquam inficias iverim, Comites & Barones attestante Reinking. lib. 1. Class. 4. c. 13. n. 26. Limn.

l. 4. c. 4. n. 79. quoad certas provincias Landgraviorum titulis uti; sed illi tamen nomen Landgraviorum postponunt nomini Comitum; ratio in aprico constituta, quod non Principum, sed Comitum annumerentur ordini. Hodiè enim is Landgravii propriè decoratur titulo, qui de Principatu aliquo Imperii Landgraviatus nomine veniente investitus & illorum hodie quatuor. Landgraviatus Thuringiæ, Hassiæ, Alsatiæ, Leuchtenburgensis, Goldastus quintum addit Landgravium Susenbergiæ, qui hodiè sunt Marchiones Badenses. Limn. 6. Langravium zu Mellenburgk/ qui Marchio Burgoviæ. De priori utpote Landgraviatu Thuringiæ nobis sermo. Quo autem ejus pertractatio commodius instituatur, altius eadem repetenda.

II. Et primò Thuringiam regnum fuisse ex Laurentio Beccensteinio constat abundè. Duravit ea dignitas regia usque ad annum Christi 326. Etenim cum à Saxonibus & Svevis Thuringi vexarentur, impatientes istius jugi Prancorum se eo tempore potentissimorum mandavere subsidio; sed non diu in fide perstitere, sed rebelles facti alienos sibi sumpserunt Reges. Hinc Basini anno 458. Balderici Hermannfridi & Berтharii anno 518. Dagoberti & Mervigii anno 632. passim apud historicos fit mentio. Favebat eo tempore Thüringis mirum in modum fortuna, sed ut solet etiamnum inter bella vultu quandoque dubio; ita cum hactenus Francis contraria extitisset, sic nunc benignior se exhibebat, adeò ut Franci Thürigetas penitus suæ subjecerint potestati, sub qua per annos 366. permansere. Conjungebantur sororio quodam nexu Thuringia & Hassia, regebanturque per præfectos vel vice-dominos usque ad tempora Caroli Crassi, Caroli M. abnepotis. Et eo tempore Thuringiæ & Hassiæ Princeps constituebatur Ludovicus dicti Imperatoris agnatus. Hæreditarii tunc facti Landgraviatus; mortuo enim Ludovico ad Ludovicum secundum ejusq; nepotem Burchardum is pervenit scil. ut nihil perpetuum quod humanum, ita & insignis conversio hîc accidit. Interfecto enim Duce Burchardo penes Isenacum anno 919. nullosq; relinquente filios, Regiones hæ Heinrico Aucupi Duci Saxoniæ electo Imperatori cesserunt. Hic per vicedominos dictum Landgraviatum ad aliquod tempus administravit.

ftravit. Cum autem incuria vice-dominorum nullæ non turbæ orirentur, Conradus XII. Saliquus ambas Regiones sibi addixit. Postea verò Precibus Giselæ illius ex sorore Nepotis Ludovico Dedoni barbaro primum ut Gubernatori concessit, deinde illi ipsi consensu ArchiEpiscopi Moguntini Hugonis, vel ut alii volunt Baredonis certas regiones in confinio Sylvæ Herciniæ sitas liberaliter tribuit. Hoc gubernatoris officio magnâ dexteritate defunctus Ludovicus indefessa Imperatori exhibuit officia, meritorum illorum intuitu ab Imperatore Landgravius Thuringiæ electus & ea dignitas ei propria fuit usque ad annum Christi 1247. quo anno cum Landgravio Heinrico fratre Conrado & Landgravio Hermanno vi globi sublatus. Insignis hic facta Thuringiæ & Hassiæ separatio. Mortuo enim Heinrico Thuringiæ & Hassiæ Landgravio Rege Romano, Heinricus Marchio Misniæ Imperatoris ex sorore Jutta nepos Landgraviatum Thuringiæ & Hassiæ occupavit. Contradicente tamen Heinrico Duce Brabantino dicto olim das Kind zu Hessen filio Sophiæ Ludovici & sanctæ Elisabethæ filiæ. Novennale hinc ortũ bellum, sed illud tandem ita compositum, ut Heinricus Marchio Misniæ Landgraviatum Thuringiæ, Brabantinus verò Hassiæ obtinuerint, quem & ad hoc usq; tempus felici successu obtinuere.

CAPUT VII.

De

MARCHIONATU MISNIÆ, SUPERIORIS ET INFERIORIS LUSATIÆ.

1. *Unde Marchionis Nomen descendat, & quinam olim hodieq; eo insigniantur titulo, explicatur.*
2. *Mediocentrum Misniæ Marchionum origo proponitur, conuncta simul ejusdem Marchionatus divisione.*
3. *Lusatia unde dicatur, quomodo dividatur, & qua ratione ad Electores serenissimos Saxoniæ devoluta subjicitur.*

Land-

LAndgraviatum Thuringiæ recto ordine sequitur Marchionatus Misniæ, de quo ut de cæteris paucula dicemus, ordinem observantes, quem in præcedentibus observavimus. Præmittimus interim vocabuli Marchionum Etymologiam, quæ à variis variè deducitur. Quidam à mari derivant, quidam à Marca Gallis equa. Sed refutantur utrique satis ab Albino Meißnische Chronick tit. 9. p. m. 103. Nec admittendi, qui Marchionum originem, vel Marchioni Trojano Antenoris Filio, vel Marcomiro Francorum Duci adscribere satagunt. Tutior certiorque eorum censenda sententia, qui Marchiones à Marca, quod Germanis idem ac limes, deducunt; quasi Marchio idem esset ac defensor limitum. Cui respondet Germanici vocabuli significatio Marggraff/ Marck enim iis limes, hinc Marckstein & Graff judex, unde Marchiones olim semper ad limites Regni constituti, ut per illos tuti hi ipsi existerent. Hinc haud ineleganter lege 38. C. de lib. caus. Liminarchæ vocantur l. 4. ff. de fugit. qui ut Gotofred. lit. b. ad hanc legem notat, nihil aliud fuêre, quam Portuum Marinorum custodes l. 18. ff. de mun. & honor. quorum officium videtur aliqualiter adumbrari, l. 2. §. 2. C. de off. præf. præt. Affric. Romanis enim nomen hoc nunquam in usu fuit. Non desunt quidem, qui Drusum Augusti centurionem primam Soltisquellæ fundasse statuunt, referente Albino Meißnische Cronick tit. 9. p. 105. Sed meritò hoc cum citato autore mihi suspectum videtur. Attribuerim igitur id potius cum citato autore Carolo M. quem adversus Vandalos eam constituisse perhibet tit. 8. p. 107. & is communis finis Marcarum fuit, ut adversus finitimos propugnaculi vicem præstarent. Quales Heinricus Auceps ubertim fundavit. Hinc contra Henetos & Windos Marchiam Brandeburgensem, contra Danos Marchiam Schleswicensem. Contra Silesios & Polonos Misnensem & Lausnicensem constitutas recenset Albinus tit. 9. p. 108. Non solum autem Marchiones defensores olim fuêre, sed & judices causarum ob limites ortarum, quod Teutonica hujus voculæ significatio satis abundè docet. Hodiè tamen mutatâ Imperii facie etiam mutatus status. Nobis enim Marchio dicitur, qui de Marchia est investitus

vestitus, & nihil refert, an ad limites sit constitutus, an verò in meditullio regionis existat, referente Reinkinck l. 1. class. 4. c. 13. Et plures quidem Marchiones Limn. l. 4. c. 4. num. 24. enumerat præcipuè tamen 4. hodiè recensentur Brandeburgensis, Misnensis, Badensis & Moraviæ.

II. De Misnensi nobis unica cura. Et quamvis sollicitus fuerim in pervestigando primo Marchione Misniæ, intricata tamen, diversaque historicorum opinio me suspensum reliquit. Contentus sum, quod nostrorum Marchionum Misniæ communem parentem Timonem esse asserant Laurentius Peckenstein/ c. 2. von Ankunfft der Marggraffen zu Meissen p. 17. Georgius Fabricius in Comment. rer. Mis. p. 32. Krauß von Gümtzenhausen in der Meißnischē Cronick p. 3. Et ab illo hodierni Marchiones Misniæ continuâ serie descendunt. Hic quidem morte præventus ipse possidere haud potuit, Conradus tamen filius dictum Misniæ Marchionatum feliciter tenuit. Cæterum Marchionum Misniæ dignitatem mirificè auget, quod Electorali jam fulgeant dignitate, quod quâ ratione evenerit, cap. 2. ostendi. Consequens nunc, ut de Misnia brevibus agamus. Terminatur hæc secundum mercatorem ad septentrionem Marchia Brandenburgensi & Superiori Saxonia, ad orientem utraque Lusatia ac Silesia, ad meridiem Bohemia, ad occidentem Thuringia, Gerhard Merc. in suo Atlante p. 282. Albinus in der Meißnischne Cronick p. 178. Hodierna Misnia secundum Albinum in 4. regiones dispertitur. Primus tractus inter Muldaviam & Albim propriè Misnia dicitur, ejusque incolæ proprè Misnici dicti. Et hæc creditur esse Regio, quæ Timoni ab Heinrico concessa. Deinde dicuntur Misnici, qui inter Muldam & Salam habitant, dicti die Osterländer/ & harum regionum pars ad Wittekindeam stirpem primò pertinebat, partem deinde Conradus acquisivit. Tertiò Misnicis accensentur inter Elystrum & Plisnam habitantes vulgò Plisnenses dicti. Et illam regionis partem Albertus Landgravius Thuringiæ Marchio Misniæ cum uxore Margaretâ Friderici Secundi Imperatoris filia loco dotis accepit. Hinc inter Marchiones Misniæ primùm Dominus Plisniæ dictus. Quarta Marchionatus Misniæ pars comprehendit urbes Metallicas, vulgò das Ertz-Gebirge/

berge / & hæ regiones communi nomine Misniæ veniunt. Urbes harum regionum primariæ Misnia, quæ Metropolis, Dresda Electoralis sedes ponte super albim saxeo, stabulo, armamentario, (quo vix præstantius Limn. l. 4. c. 8. se vidisse testatur) & quod incolæ vocant die Kunstkammer clara. Nec minoris momenti Lipsia nundinis admodum celebris, Freiberga fodinis metallicis conspicua; de aliis Misniam commendantibus prolixè Albinus in der Meißnischen Land-Cronick quo lectorem cupidum remitto.

III. Perlustrata Misnia de Lusatia dicendum. Lusatia dicta Albino à Luiticis vel Lutitiis Lusatiam possidentibus. Hi generali nomine complectebantur Tholenzos, Rhedarios vel Riaduros, Circipanos & Kizinos. Alii, ut Gerhardus Merc. ab Elisiis derivat. Placet tamen cum Albino Lusatiam à Luzicis dictam; ut in bulla Joh. XIII. Episcopatum Misnensem confirmantis disertum legitur. Fuit hæc regio in Marchiam erecta Anno Christi 931, & ab incolis Marchia Orientalis appellata. Dictus primus Marchio Gero, si fides Albino adhibenda. Sed & de modo subjiciendum, quo illa ad Misniæ Marchiones devenerit, qui beneficio Lotharii Imperatoris adscribendus. De cætero dividitur communiter in Lusatiam superiorem & inferiorem. Lusatia superior (quondam etiam Voigtlandia per præfectos die Weigte administrata dicta) à Marchia Misniæ separata circa annum 1057. antequam Timonis posteri Marchiones Misniæ facti essent Causam Albinus in der Meißnischen Land-Cronick pag. 263 eam assignat, quod cum Domini Saxoniæ Heinrico IV. nimium adversarentur; Henricus IV. Lusatiam superiorem iis eripuerit, eamque Uratislao Regi Bohemiæ de Imperatore benè merenti in Feudum concesserit. Permansit apud Reges Bohemiæ usque ad tempora Regis Ottogari II. quinti Regis in ordine filii Wendislai, qui Marchiam superioris Lusatiæ Electori Brandeburgensi, ut votum ejus obtineret, donavit. Paruit verò hæc Marchia Brandeburgensibus usque ad tempora Woldemari sine liberis decedentis. Eo enim tempore ad Johannem Regem Bohemiæ devoluta. Nec mitius fatum inferioris Lusatiæ. Hæc enim ab Alberto auxiliante Adolpho Marchionibus Misniæ ablata fuit. Sed non diu penes Brandeburgenses perstitit, verum à Bohemis supe-

superiori adjuncta fuit Lusatiæ. Nunc verò Regionibus Serenissimi Electoris Saxonici accessit, uti ex §. Was der Römischen Käys. Mäyt. Erbkönigreich Böhmen / in fine des Pragischen Frieden Schluß anno 1536. auffgerichtet / notum factum hoc esse creditur, uti Limn. Tom. 4. addit ad lib. 5. c. 15. pag. 934. propter septuaginta duas auri tonnas ab Imperatore Electori Saxoniæ debitas. Concessæ sunt eodem tempore 4. Dynastiæ Querfurth / Güterbock / Dama und Borck / quæ ad Archiepiscopatum Magdeburgensem pertinuerant, & hæc concessio confirmata fuit pace Osnabrügensi inter Imperium & Sveciæ Regnum facta anno Christi 1648. artic. 11. §. Cæterum. Hodie dispositione Joh. Georgii I. gloriosissimæ Memoriæ Lusatia Superior Serenissimo nostro Electori, inferior Reverendissimo ac Illustrissimo Principi ac Domino, Domino Christiano, Episcopatus Martisburgensis Administratori Postulato patet.

CAPUT VIII.

De BURGGRAVIATU MAGDEBURGENSI.

1. Burggravi nomen unde ducatur, & quot Burggraviatus sint species.

2. Burggraviatus Magdeburgensis ad Saxoniæ spectat Electores, sed inter Electorem Saxoniæ & Brandenburgensem de eo transactio interposita.

I.

Burggravii olim nihil aliud erant, quam Præsides alicujus castri & prædii adjacentis, definiente eos nobiliss. Strauchio in Disput. exot. 11. th. 7. Limn. ll. 4. c. 4. n. 80. Originem unde hi trahant, non est una eademque sententia: quidam Doctores putavere Burggravios in iis civitatibus constitutos, in quibus Episcopi, ita ut Episcopus judicii spiritualis, sic Burggravius secularis præses esset. Limn. Tom. 4. ad l. 4. c. 4. n. 81. Verùm haud salvam hanc dicit sententiam Albinus in der Meißnischen Land-Cronick tit. 8. p. 97. Non enim semper ubi Burggraviatus est, Episcopa-

ſcopatus nec ubi EpiſcopatusBurggraviatus. Albinus enim loco citato multos enumerat Burggravios, ut Burggravium Altenburgenſem, Wettinenſem, Rochlicenſem, ubi tamen Epiſcopatus haud fuerit. Notandum autem hic in recenſione Burggraviorum, quod quidam ex Burggraviis ad claſſem Principum tranſierint, quidam permanſerint in Claſſe Comitum, qualis eſt Burggravius Donenſis, cujus Burggraviatus inſignia in ponte illo inſigni ad urbem Dreſdam à Conrado extructo conſpicari dantur, Limn tom. 1. addit. lib. 4. c. 4. n. 90. Burggravius Frideburgenſis & civitatis Geilhuſanæ, qui à nobilibus prædictarum arcium Dominis eligerentur. Limn. lib. 4. cap. 4. num. 90. Sic & Francofurti ad Mœnum nomen Burggravii innotuit, uti Limn. Tom. 1. addit. ad lib. 4. c. 4. notat. Verùm ejuſmodi Burggravios Fridericus III. in der Reformation zu Franckfurth am Mayn Anno 1242. poſtponit den Rittern und Knechten. Sunt igitur quatuor Burggravii, Magdeburgenſis, Nurinbergenſis, Strombergenſis & Reineccenſis, quibus & annumerandus Burggravius Miſnenſis. Pertinet autem ad claſſem Principum hic Burggraviatus ſecundum Albinum ſuamque originem ipſi debet Ottoni. Sed credo, eum Burggraviatum diu non duraſſe. In receſſu tamen Imperii de Anno 1548. Comes ab Hartenſtein / Dominus in Plauen & Gera Heinricus IV. Burggravii nomine adhuc decoratur, tum §. Mit den Geſandten / tum etiam in ſubſcriptione. Reineccenſem Burggraviatum quod attinet, iſta ſtirps jam defecit, Burggraviatusque iſte ditioni Moguntinæ adjectus, Comitibusque Hanovienſibus accenſetur. Dominatus autem ipſe jure hæreditario comitibus ab Iſenburg accrevit. Limn. l. 4. cap. 4. n. 89. Strombergenſis hodiè Epiſcopo Monaſterienſi paret, cujus reſpectu & votum & ſeſſionem in comitiis Ratisbonenſibus petiit & ab Imperatore quidem conceſſionem impetravit, receptionem autem à ſtatibus nunquam adeptus, uti Nobiliſſimus Dn. Liſerus in prælectionibus ad jus publicum monuit. Vid. Limn. Tom. 2. addit. ad lib. 4. c. 4. num. 89. Nurinbergenſis Electori Brandeburgenſi competit. Noldenius quidem hos Marchiones Burggravios titulo eſſe contendit. Verùm huic ſe opponit Limn l. 4. c. 4. num 84. Magdeburgenſis, de quo pro-

pric

priè nobis sermo hodiè ad Electoralem Saxoniæ lineam spectat. Hinc cæteri Duces Saxoniæ hoc titulo haud utuntur. Primum quidem Anno 1413. Electorali domui adjudicatus, dein ad Electores Saxoniæ Anhaldinos devolutus, qui hunc Burggraviatum civitati Magdeburgensi oppignorarunt. Verùm Johannes Fridericus hanc dignitatem una cum oppido Gommern/ Ranis/ Elbenau/ Plötzig/ cæteroque districtu persolutis 22. millibus aureorum redemit, titulumque usurpare cœpit Andreas Knichen de Saxonum non provocando jure verbo Ducum Saxoniæ c. 4. n. 48. hodie inter Marchionem Brandeburgensem & Saxonem h. m. transactum, ut Saxo omnibus juribus des Bandes Befehlung Graffen Gedinge Vbestellung / Ubung der Peinlichen Gerichte renunciaverit Anno 1579. Weil aber Burggraff von Magdeburgk ein Burggraff des Heil. Reichs / und dasselbe Burggraffthumb auff sonderbahre Aempter aus der Stifft Magdeburg gelegen fundiret / als Gummern / Ranis / Elbenau / als hat der Churfürst zu Sachsen sich derhalb des Tituls mit dem dazugehörigen Wapen nicht begeben.

CAPUT IX.

De

COMITATIBUS MARCK ET RAVENSBERG, DYNASTIA RAVENSTEIN.

1. Comitis vocabulum unde descendat, & an comites Ducibus anteferendi, an vero æquales iisdem censendi?

2. Quæritur quam varie hodie comitum conditio comparata, & unde vox Baronis suam acceperit originem, & quis ille dicatur?

I.

REstat ut ordine pauca de comitatu Marck & Ravensberg Dynastia Ravenstein dicamus. Sed ut in aliis, ita & in hoc capite quid comitum nomine veniat præmittendum. Dictus scil. Comes à Comitando & sequendo, *leg. 15. §. 16 de Injur. & famos. lib.* Hinc apud Romanos illi qui Magistratus sequebantur Comites nuncupati. *uti ex l. 16. de off. assess. l. 19. § ult. locat. l. 6.*

§. 1. *digest. de pæn.* luculenter patet. Et varia eorum apud Romanus fuit ratio: non enim soli illi, qui Magistratus sequebantur Comites dicti, sed & hi qui officio præfigebantur aulico, unde in latioribus libris pro varietate Comissarum administrationum varia habuere nomina. Sunt Comites Sacrarum largitionum, *toto tit. eod. de off. Com. Sacr. larg.* rerum privatarum *t. t. c. de off. rer. privat* Sacri palatii *tit. de off. Comit. Sacri palat.* Sed ut in omnibus fieri solet, ut ab usus clanculum obrependo partes suas vendicet: ita & hoc vocabulo pedetentim abusi Romani. Cum enim Imperatores probatæ fidei ablegarunt homines, ut eorum dexteritate provinciæ regerentur, eò demûm ventum est, ut vel superbia vel nimia simplicitate quilibet civitatum judex Comitis sibi assignaret titulum, licet in comitatu Principis ne ad horulam quidem hæserit. Quo demum hæc consuetudo irrepsit, ut comes idem esset quod judex *Limn. l. 4. c. 4.* & hæc Comitum Romanorum conditio. Apud priscos Germanos quænam fuerit? docet Tacitus, summus rei Romanæ Historicus, in libello plane aureo de moribus Germanorū, quod scilicet in pace decus in bello præsidium fuerint: verba officium eorum exprimentia *ex cap. 14.* non pigebit adscribere: *Cum ventum in aciem, turpe Principe virtute vinci: turpe comitatui virtutem Principis non adequare. Jam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem Principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ ejus assignare, præcipuum Sacramentum est. Principes pro victoria pugnant, Comites pro Principe.* Disquirunt hac occasione Juris publici Doctores an Comites Ducibus superiores, an æquales fuerint. Varia enim variorum est sententia. Quidam enim Comitum dignitatem æqualem Ducali faciunt, quidam eam præferunt, quorum sententiam collegit famigeratissimus, Publicista *Limn. Tom. 4. c. 4.* Qui hanc litem distinctione dirimendam ducit, distinguendo inter comites majores & minores: majores appellat, qui integris provinciis fuerint præfecti, & hos vel æquasse vel superasse dignitate Duces autumat, quod nonnullos Duces sub se habuerint: quales fuere Comites Africæ, Orientis, Macedoniæ; minores, qui inferiores Ducibus fuere. Nec ea vocabuli comitum significatio ignota fuit Germa-

ma-

mánis, quo Iudices appellati : Etenim uti Lehmannus in Chronic. Spirensi dictitat: Ist ihr Ampt gantz auff der Justitz bestanden/ daß sie in malefiz und Bürgerlichen Sachen geistlichen und weltlichen in dem gantzen Gau h. e. pag. jurisdictioni Gravionis subjecto oder Graffschafft darinnen sie gesessen rechtgesprochen/und gegen die Mißthätiger nach Außweisung des Reichs Gesetzen und Ordnungen mit gebührender Straff verfahren. Confirmat hoc ex abundanti Glossa speculi *Saxonici. l. 3. artic. 53.* ein Graff bedeutet nach dem Sächsischen Deutschen einen Richter / darumb haben diesen Nahmen unterschiedene Richter / & hinc appellatio illa die Cent-Gräffen/ Gaugräven/ Freygräffen/ Saltzgräven.

11. Nostris moribus Comes is est, qui de comitatu investitus à Principe, vel alio hoc jus habente *Reinkönig. l. 1. class. 4. c. 14. aut ut Limnaeus l. 4. c. 4.* eleganter addit, qui alio etiam justo titulo dignitatem comitis sine terra vel feudo nactus est. Et hi vel 1. immediate imperio subsunt Graffen des Reichs non tamen indistinctim, horum enim quidam sunt die Gefürsteten Graffen/ ut tales sunt sine dubio omnes Comites Palatini, Landgravii Marchiones, Burggravii quibus nō additur nomen gefürst; cum notorium nomini inesse aestimatur, & qui in Principium numerū ab Imperatore sunt adsciti: quidam non gefürstete/ & horum in imperio ingens numerus. Ad hos imperii comites nō inepte referes illos, qui non simpliciter Graffen / sed adjectâ vocula Alte Graffen dicuntur. Tales sunt, Comites de Salm / quos teste *Limn. ad lib. 4. c. 4.* Imperator die Hochgeborne / unsere und des Reichs alte Graffen nuncupavit. Tales sunt comites Ortenburgenses qui se ad constituendam differentiam inter eos, quos Ferdinandus I. de dicto Comitatu investivit Altere Graffen von Ortenburg nominant, uti ex recessu imperii de anno 1570. & annexis patet, & haec prima classis comitum. Secunda classis est eorum, qui imperio immediate quidem subsunt, & solum Caesarem judicem recognoscunt; comitatuum suorum tamen ratione Vasalli aliorum Principum sunt. Sic Comites à Schwartzburg Vasalli sunt Electoris Saxoniae, Comites à Waldeck Vasalli Principum Hassiae. Tertia Classis ab iis constituitur, qui sunt Landsassii, quorum quidam in matriculam nunquam relati, quidam

in

in eam relati ab aliis Principibus eximuntur. Et hæc de Comitibus dixisse sufficiat. Antequam verò de Comitatibus prædictis quædam subnectemus deBaronibus prius quædam dicenda, ne quæ conjungenda sint injuste separemus. Hujus voculæ significationem si enodavero variam deprehendo. *Cic. in Epist. ad Att.* hanc voculam pro Bardo & stupido sumit. *Sed uti Magnificus ac Nobilissimus Dominus Præses in Disputat. 7. th. 40. de Juribus Majestatis dicit*, quid stolidius esset vocabulum Baronis Romanis transcribere Originibus, aut ab illis Natales arcessere, (verba sunt Magnifici Viri) Feudale cum designet munus, totumque jus feudale Barbaris suam originem debeat, ad illorum potius recurrendum erit idioma. Jussui igitur Viri Magnifici obtemperans reperio in legibus Saliorum, Longobardorum, Alemanorum, & Ripuariorum Baronis nomen pro Viro usurpatum. Unde & in Legibus salicis teste *Limn.* fœminæ contradistinguitur *th. 34. Si quis Baronem de via hortaverit &c. Si vero mulierem &c.* Hinc videmus in Piccardia Galliæ provincia, uxores maritos mon baron appellitare. Sed & alia in legibus Alemannicis Barones deprehenditur Significatio, hominem infimæ notæ ac conditionis denotans. *Sic in leg. 95. art. 2. l. 5. qui colaphum impegerit Baroni vel ancillæ una eademq; tenetur pœna.* In legibus Ripuariis *art. 14.* Baro sumitur pro exactore tributorum. In Feudalibus Baro aliquando consideratur generaliter pro quovis Vasallo majore i. e. Duce Marchione, Comite; Interdum specialiter, quando nobilitati contradistinguitur, diciturq; is, qui de Baronatu investitus. *Limn. l. 4. c. 5.* Hodie duplex eorum in Imperio differentia: Alii solo titulo gaudent: alii non tantum immediate Imperio subsunt, sed de certo etiam Baronatu sunt investiti *Magnificus & Nobilissimus Dn. Præses in Disp. sua 7. de jur. Majest. th. 42.* Hinc in idiomate nostro germanico Alii simpliciter dicuntur Freyen / *reformatio Frider. Francof. de anno 1442. in pr. Et in ord. Cam. Maximil. 1. de anno 1495. In prin.* Vel Freyherren / *Aur. Bull. inf.* Alii dicuntur Freyherren des Reichs. Sic in Archiepiscopatu Coloniensi Der von Höllingshoffen dicitur Freyherr des Reichs. Alii semper Freyen / ut Limburgici & Westerburgenses: Alii dicuntur Herren / ut sunt Die Herren Reussen / die Herren von

Schön-

Schönburg. Alii Edle Herren / ut sunt Comites Lippienses, Graffen und Herren zu Lippen / Mansfeldenses, Graffen und Herren zu Mansfeld / Edle Herren zu Heldrungen. Et hi *teste Reinkongio l. 1. class. 4. c. 14.* aristocratiæ Saxoniæ incunabula debent. Sed, ne latius divager ad dictos Comitatus & Baronatum regrediendum, & quo jure ad Serenissimos Saxoniæ Electores devenerint, paucissimis dicendum. Et ut brevitati studeamus petenda est illius negotii origo ex pacto dotalitio. *Si contingat Johannem & conjugem Mariam, Duces in Clev. & Gülich, nullos masculos hæredes relinquere, qui porrò nullos hæredes relinquerent, quod tunc Ducatus Clivensis, Jülacensis & Bergensis, Item Comitatus Marck & Ravensberg cum omnibus bonis annexis & appertinentibus Juribus, & quicquid præterea illi vel masculi illorum hæredes decedentes, relicturi sunt, nullo excepto cum ditionibus & subditis, prout illi & masculi hæredes iis usi sint, aut uti potuissent ad filiam suam primogenitam Sibyllam Ducem Johannem Fridericum Saxoniæ, ejus maritum illorumq; hæredes devolvi & pervenire, iisq; status provinciales adhærere debeant.* Possem pro stabiliendis his Comitatibus quædam dicere, sed ne cramben bis coctam apponere videar. Ad alia potius me convertam, ac specialissimum quidem Electoris jus Vicariatus paucissimis explicabo.

CAPUT X.

De

VICARIATU.

1. *Vicarius unde dicatur, & an Pontifex vicariorum Romani Imperii Autor.*
2. *Cur duo Vicarii in Imperio Romano constituti, & quo jure Palatinus & Saxo illud privilegium Vicariatus possideant?*
3. *Quousq; cujusvis Vicariatus se extendat, & de quibus negotiis Vicarius cognoscere possit.*

I.

PRinsquam autem Vicariatus officia & jura explicem paucula de nomine dicenda existimo. Arridet mihi illa derivatio à vice petita, scil. quod Vicarii vices ordinarii sustineant, Teutonico Idiomate dicuntur die Verweser und Pfleger

des Reichs *Aur. Bull. c. 5.* non secus ac Imperator ipse ein Verwalter des Reichs R. A. zu Augspurg *Anno 1559.* R. A. zu Wormbs *Anno 1564. nuncupatur.* Sumitur autem Vicarii vocabulum variè. Vel enim sumitur pro homine alteri operam navante *l. 25. ff. comm. div. l. 1. §. 1. ff. de trib. act.* Vel pro iis, qui Electoribus in ministeriis suppetias ferunt, qualis Regis Bohemiæ, der von Limburg. Comitis Palatini, der von Walpurg/ Saxonis, der von Pappenheim/ Brandeburgici, der von hohen Zollern. Hi enim in actibus publicis officiis, quæ alias Electoribus competunt, funguntur. Olim fuere Vicarii multiplicis differentiæ; Vel Orientis, quorum tres *l. ult. Cod. de div. Off.* Vel Occidentis, quorum unus Romæ, alter Africæ, tertius Hispaniæ, cujus fit mentio *in Rubr. l. ult. C. quor. bon.* Hæc erat Vicariorum ante Justinianum conditio. Hodie facie Imperii Romani mutata, diversa planè Vicariorum apparet conditio Et quamvis possem hic longius excurrere, & divisiones varias, quas Publicistæ alunt percurrere, tamen ne præsens disputatio nimis excrescat, sufficiet, paucula de Vicariis Imperium vacans administrantibus dicere. Palatinum scilicet, præcipuè tamen Saxonem indigito. Hic Pontificii sanctum Patrem Pontificem puta, nescio quibus argumentis freti Vicarium Imperii salutant *Clem. 1. jur. jur. de Sent. & Regul. in Sex. c. licet 2. de foro Compet.* Sed vanâ potius quàm verâ persuasione; nec firmioribus innituntur fulcris, quàm quibus Christi Vicarium Pontificem esse asserunt, & Imperatori præferendum esse contendunt. Qui igitur quæso potestate antecedet Pontifex Imperatorem, simulque ei objectus erit. Omnis enim Vicariatus præsupponit superioritatem ejus, cujus vices gerit. *Myns. Carpz. quæst. 1. Semidecadum Juris publici ad disp. 4. feud.* [illegible]. Gratulantur sibi de Constitutione Johannis Vigesimi secundi in suis *extravag. sub tit. Sed. Vac.* qua hanc Sanctionem Carolinam, ut in præjudicium sedis Pontificiæ conditam multis postea annis revocaverit. Sed ventosam hanc opinionem nemo non animadvertit, qui historiæ sacræ limina saltem salutaverit. Qui enim quæso Johannes, qui anno 1316. Ecclesiæ Romanæ caput factus, [illegible] anno 1334. Sanctioni Carolinæ pondus auferre po-

test,

terit, quæ A. 1356. valorem Norimbergæ accepit *Limn. l. 3. c. 12. n. 12.* potius ego Carolum hâc sanctione pontificiam abrogâsse putaverim, si non expressis verbis, tamen tacitis contrariam sententiam introducentibus.

II. Binos igitur Vicarios, ut supra dictum, saltem agnoscimus; Rationem hujus binarii numeri alii aliam tradunt. *Jacobus Zevecotius, Vir in politiori literatura oppido eruditus observ. pol. ad Flor. l. 1. c. 9.* hanc rationem assignat, scilicet si uni crederetur potestas, periculum esse, ne fortean potestatem Imperatoriam restitueret. Sed vereor, ne longius petita hæc ratio; proximior veritati accedit, quæ à diversitate juris in regno Teutonico petita. Cum enim duplici ejus populi subjecti sunt juri Franconio & Saxonico necesse fuit, ut duo summi Vicarii essent, quorum alter Prætorium apud eas gentes haberet, qui juri parerent Franconico; alter apud eos, qui agerent secundum jus Saxonicum. Quamvis & hoc mihi aliquid antiquitatis subolere videtur. Cum apud Romanos duo, ut supra dixi, Vicarii essent, quorum alter in Oriente, alter in Occidente Imperii gubernacula tenerent. Et hæc de numero Vicariorum monenda mihi persuasum habui, pauca de Origine adjicienda, & quidem ut tribus de Palatino dicam, *Freberus l. 2. ad Pet. de Ant. c. 10.* à jure præfecturæ palatii veteris descendere autumat. Andreas Knichen ante Ottonis tempora Palatinum Vicarium proclamat. Mihi sufficiat *cum Limnæo l. 3. c. 12. num. 35. Carpz. ad leg. Reg. Capitulatione 11. sect. 12. n. 20. & 21.* nosse Palatino ante Aur. Bul. hoc jus fuisse concessum, sed Serenissimum Saxonem quod attinet, de eo res clarior, licet multi illum æquo tempore cum Palatino institutum proclament. Verùm cum in illo diplomate, quod Goldasto annexum nihil de Electore Saxoniæ extet, nec Carolus pro more suo (quod & in privilegio Palatini fecit) privilegii mentionem faciat merito Aureæ Bullæ hujus concessionis vim adscribimus *Carpz. leg. reg. Capit. 11. sect. 12. num. 30. Limn. lib. 3. cap. 12. num. 32. Becker synops. juris publ. lib. 2. cap. 7. §. 3.* Hi itaque postquam viduatum Imperium capite potestatem Imperandi sibi arrogant nulla expectata concessione seiner

Gewalts-Ubergebung erwartende. An vero vivo adhuc Imperatore, absente tamen controvertitur Affirmativam apprehendit Arumæus, Verior tamen nobis videtur negativa cum, Aur. Bul. hujus non mentionem faciat. Lege enim non disponente nobis disponere haud integrum erit. Hæc enim mortem Imperatoris sive civilem sive naturalem causam reddit unicam, ita tamen, ut voluntariam renunciationem haud excludat, quod à luce meridiana clarius efficiunt verba aureæ Bullæ, ut præmittitur wie versichet; in præcedentibus autem *ad tit. 1. §. 19. tit. 2. §. 2.* de vacantia quæ per mortem fit duntaxat dictum.

III. Quousque autem se extendant Vicariatus non immerito quæritur, & Palatini quidem potestas in partibus Rheni Sueviæ versatur. Saxonis vero imperium ea loca quæ jus Saxonicum habent agnoscunt, quæ quidem ju aur. Bul. exacte non exponuntur. *Limn. Comment. ad A. B. c. 5. §. 2. obs. 6.* Verum omnia ut supra dictum loca quæ jure Saxonico gaudent Saxonis Imperio parere, ex sola inscriptione patet, quæ ita comparata: Von Gottes Gnaden wir des H. Reichs Erb-Marschalck und Churfürst/ auch desselben Reichs in den Landen des Sächsischen Rechts/ und an Enden in solch Vicariat gehörende dieser Zeit Vicarius. Hic occurrit Publicistarum controversia, an loca, in quibus tempore Autoris Aur. Bul. jura vigere Saxonica; postea processu temporis abrogata aliis introductis juribus, nihilominus jus Vicariatus Saxoni per manserit salvum. Et cum affirmativa verior videatur, quod illa verba juris Saxonici non privilegii sed demonstrationis gratia adjecta merito huic nostro subscribimus calculū præcipue quod privilegia non coarctanda sed plenissime interpretenda *l. penult. ff. de Constit. Princ.* Mutationem enim juris Saxonici ex accidenti factam tanta virtute haud pollere, ut rei substantiam transformare queat, cuivis apparet abunde. Cæterum quod Princeps Ostfrisiæ ratione Esen & Widmund anno 1658. Electorem Saxoniæ agnoscere haud voluit, causa fuit, ut *Sprengerus in jur. publ. p. 272. & Limn. in Comm. ad A. B. c. 5. §. 2. obs. 4.* quod hæc loca feuda Hispaniæ & sic ab imperio exempta. Exercent

cent autem Vicarii suam potestatem cumprimis in Aula & Camera Spirensi, eorum nomine processus decernente, communique eorum sigillo utente, quam sigillorum dationem Palatinus sibi soli arrogare voluit, sed res composita Saxone in consortium adjussio *Limn. A. B. c. 5. §. 1.* Licet enim Spira in partibus Rheni sita cum tamen hoc judicium, non tantum pro partibus Rheni, sed pro totius Imperii sit constitutum, soli Pa[illegible]ino ejus provisio haud attribuenda. Secus tamen se res habet cum judicio Rotwilensi (quod constitutum à Conrado Suevo anno 1447.) In quo Judicio non utrique vicarii sed ille ad cujus districtum res pertinet agere solet. Causæ in quibus judicant Vicarii variæ, & fere omnes, in quibus imperator cognoscere potest *l. 11 §. 4. ff. ad leg. J.* Hinc merito exploduntur illi, qui vicarios de feudis cognoscere posse denegant. Expresso potius vigore *Aureæ Bullæ tit. 5.* hoc donantur jure, exceptis tamen Fürsten-und Fahn-Lehn. Scite nimis hæc duo conjunxit Carolus quo feuda Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum intrecluderet. Licet enim illa Scepter-Lehn (per sceptrum enim conferuntur) principum tamen feuda *Magnif. Carpz. in semidec. ad A. B. Disp. 4. annex. quæst. 3.* juramenta fidelitatis recipiunt, reditus & proventus Imperii colligunt, de feudis investiunt, exceptis majoribus. Res tamen ad imperium pertinentes opignorare at alienare illis haud integrum *A. B. C. 5.* Quamvis speciali Constitutione opus haud fuisset, quod de jure communi rem alienam alienare nō liceat *l. 62. Cod. de reb. alien. non alienant.* nisi fiat consensu statuum & Ordinum. Hic non immerito quæstio illa ventilanda esset, an illis concessa quæ in hoc *C. 5. A. B.* non expresse affirmantur. Sunt qui potestatem nobiles creandi, spurios legitimandi, academias erigendi, communiter iis attribuunt. Verum cum periculosum sit principum jura sub dubitationis incudem revocare, meritò hic judicium nostrum suspendimus, & silente lege haud inique silemus. Videndum brevibus, quibus modis finiatur Vicariatus, & vel tribus respondetur, quamprimum Imperator imperio propositus, ibi enim Vicariatus confirmatis iis, quæ à Vicariis gesta, expirat.

CAPUT XI.

De

JURE NON APPELLANDI.

Quod jus de non appellando Regalibus annumerandum probatur, & unde Duces Saxoniæ ingenti hoc privilegio dotati explicatur, variaque illius rei causa adducuntur.

CUm hactenus quædam specialia Electorum Saxoniæ Privilegia perlustravimus mirantes ac rimantes eorum dignitatem ac proeminentiam paucula liceat nobis de juribus privilegiisque quibusdam, quæ cum cæteris Saxoniæ ducibus communia habent agere paullulum. Cumque jus de non appellando haud immerito primas sustineat prius discutiendum erit. Illud regalibus annumerandum esse, nemo facile negaverit. Patet enim hoc abunde ex Instructione Serenissimi Electoris Augusti legatis ad Duces Saxoniæ concessa. Es zweiffeln ihre Churfürstl. Gnaden nicht ihre Liebde würden daraus zuversichen haben / daß es eine Begnadigung were / so nicht vor ein gering Kleinod præminenz des Hauses Sachsen zu rechnen. Estque illud duplex conditionatum & absolutum. Conditionatum est quando privilegium de non appellando restrictum est ad certam pecuniæ summam, infra quam ad Cameram provocare non licet *Carpz. Disp. de privil. elect. & Duc. Sax. de non appell. th. 14.* Absolutum est, quod indifferenter non habita ratione ullius valoris vel causæ prægnantis omnem excludit provocationem *Carp. loco citato th. 16.* Et hoc antiquitus per A. B. Electoribus concessum fuisse testatur *Carpzovius thesi citatâ.* Quod tamen Electores Ecclesiastici & Palatinus non utendo eo vel alio modo amisere. Serenissimo Electori Saxoniæ una cum cæteris Ducibus semper mansit salvum ita ut nulla habeatur summa restrictio. Unde autem ortum hoc jus trahat altius inquirendum, quidam Imperatorem Sigismundum autorē volunt, verum hos toto aberrare

cœlo

cœlo testatur *Carpz. loc. cit. c. 3. th. 30*, Sigismundi enim privilegium anno 1423 sancitum, privilegii autem hujus fundamentum jam in A. B. anno 1356. confirmatum est, uti ex titulo 11. A. B. patet. Neque tamen hoc solum nititur fundamento, firmiori potius innixum basi immemorialis nempe præscriptionis jure, uti ex *Carpz. loco citato th. 32.* Augusti literas allegante abunde patet. Obviam it ibi assorsante Andrea Knichen iis qui præscribi regalia tenaciter negant, quam controversiam cum ii tractent latius exequi supervacaneum puto. Attingere enim vel tribus controversias meum duco. Adjuvatur hoc privilegium propria conventionis auxilio, uti ex *Carpz. th. 33.* abunde constat. An verò hoc privilegium ad Electorem ut Electorem, an ut Ducem Saxoniæ pertineat, dubitatur inter Doctores. Militat tamen pro Ducibus Saxoniæ egregiæ titulus allegatus A. B. qui ad Ducem Saxoniæ pertinere affirmat expressè. Faciunt huc verba Electoris Saxoniæ: Ausdüglich ists an dem/ daß das Haus zu Sachsen ein Churfürstlich Haus ist/ und derhalben alle Gerechtigkeit hat/so den Churfürsten vermöge der güldenẽ Bulle gebühren. Nec absonum privilegium Ferdinandinum *à Limn. l. 3. cap. 11.* exhibitum, quo brevitatis causa cupidum lectorem remitto. Cum autem verear scrupulum lectori injectum cogitando, Cameram Imperialem esse perfectissimum justitiæ lumen & Columen, nihilominus tamen detrectare hoc Duces Saxoniæ. Causas quæ subsunt breviter Carpzovii ductum secutus addam. Prima causa est, summa Serenissimorum Electorum & Ducum Saxoniæ in administranda justitiæ cura. *Carpzov. thes. 40.* Altera causa Magnificentia Electorum & Ducum Saxoniæ, insignisque eorum cura pro rebus Imperii. Tertia est ignorantia Juris Saxonici, quam Assessores Cameræ Imperiales habere præsumuntur. Non enim hoc ex speculo Saxonico addiscitur, sed ex nuda juris observantia, Quamvis Andreas Knichen, in qua sententia & ipse *Carpzovius in Comm. ad leg. reg. Cap. 9. Sect. 3. n. 20.* causam hanc minus principalem putet, cum & secundum hoc jus in Camera Imperiali pronuncietur. Verum hunc nodum optime solvunt verba Electoris Augusti: Zu dem Ewer. Römisch. Keyserl. Majestät wissend / daß das gantze Haus zu Sachsen mit einen sonderlichen Rechten / welches man

man das Sächsische Recht nennet / von Römischen Keyser und Kö-nige / Ewer. Röm. Keyserl. Majestät Vorfahren privilegirt und be-gnadet ; Nun ist solcher Sächsischen Rechte Verstand durch her ge-brachte Gebräuche und langwierige Ubung in meiner vorfahren/mei-ner Vettern und meinen Lande / des mehrentheils erkündet worden / derowegen auch solch Recht auswertigen Gerechten und Urtheils Fassern unbekand ist/ daß also derowegen appellationen an das Key-serl. Kammer - Gericht / als an ein ander Gerichte/ so des Brauches nicht berichtet / gantz gefährlich seyn. Quarta causa plurium in provinciis Saxonicis instantiarum cumulatio. Cum enim gradatim in his terris appelletur, à civitatibus ad curiam provincialem , ab hac ad Electorem , quid igitur tertio ad Cameram opus esset. Contingit insuper quoque ut provocetur à sententia nobilis Ambtsassii ad quæstorem præfacturæ , dein ad curiam & tandem ad supremum tribunal Dresdense. Si igitur provocatio ad Cameram concederetur , quarta provocatio esset , quæ tamen jure haud procedit, lege unica codice ne tertio provocare liceat. *Lege quarta codice de sent. & interlocut. judic. Carpz. l. 3. resp. titulo 10. resp. 102.* Quinta causa est, Leuterationis & Oberleuterationis beneficium. So haben auch meine und des Hauses zu Sachsen Vorfahren in appellation und allen andern Rechts anlangenden Sachen überflüssige remedien, als Leuterung und Oberleuterung in Gebrauch gehabt / die ich und die andern meine Vettern / die Fürsten zu Sachsen auch noch haben/ dadurch die acta und was ein jeder zu seiner Nothdurfft einzubringen ha / mehr als durch appellation etlichmal revidiret werden/ und sich also die Parthenen keines übereilens mit fugen zu beklagen. Sexta causa denique est ut lites finiantur & abbrevientur , *lib. 13. princ. cod. de judic.* Denn also würden die Rechtfertigungen (verba sunt privilegii Ferdinandini) unsterblich gemacht werden / und müssen endlich die armen Rechtlos bleiben. Stat igitur satis firmo talo sententia illa qua asserimus , neminem à Ducum Saxoniæ sententiis sive definitivis sive interlocutoriis appellare posse. Nec refert an in superiore an in inferiore judicio sententia sit lata , quamvis enim privilegium Ferdinandum superius judicium exprimat in verbis : So in der Chur und Fürsten zu Sachsen und derselben Erben nahmen und

Hoff

Hoff gesprochen und geöffnet werden. Aurea Bulla tamen ad quam sese refert privilegium Ferdinandinum, mentionem expresse facit judiciorum inferiorum. Neque hoc solum incolas, sed & extraneos ligat, uti ex literis Augusti patet: Und ist solche des Hauses zu Sachsen Gerechtigkeit nicht allein zwischen desselbigen Unterthanen/ sondern auch in denen Fällen wenn frembde ausserhalb des Territorii gesessen/ die Unterthanen beklagen/ mit appellation als eingeführet und gehalten worden. Licet sint Imperatoris donati privilegio, uti ex privilegio Ferdinandino patet: Wir wollen auch allen Rechten und Reichsordnungen so solcher des Hauses zu Sachsen Freyheiten / und diesen unsern privilegio zu wider seyn möchten / so viel die Chur und Fürsten in diesen Fall anlanget derogiret haben / & licet ambo litigantes privilegio de non appellando renunciaverint *Carpzov. th.51.* Nec nobiles Franconici in districtu Coburgensi huic privilegio exempti. *Carpz. loco citato th.52.53. 54.55.* Quin & in Episcopatibus provocatio ad Cameram interdicta. *Carpz. loco citato th.56.57.& 58.* & valet hoc privilegium adversus omnia judicia cujuscunque generis. Es were den/ daß klagern wissentlich recht versaget/ oder gefährlich verzogen würde / so mögen Kläger solch recht vor uns und unser Hoffgerichte wol suchen. Pœna transgressorum hujus privilegii his continetur verbis. Und gebiethen darauff allen und jeglichen Churfürsten / Fürsten Geistlichen und Weltlichen / Prælaten / Grafen/ Freyen/ Rittern/ Knechten/ Hauptleuten / Landvoigten / Vitzdumben/ Voigten/ Bürgemeistern/ Richtern/ Räthen/ Bürgern und Gemeinen / und sonst allen andern unsern und des Reichs Unterthanen und getreuen / in was Würden Standes oder Wesens die seyn/ und sonderlich jetzigen und künfftigen unsern Cammerrichtern und Beysitzern unsern Keyserl. Kammergerichts in heiligen Reich ernstlich und vestiglich mit diesen Brieffe / und wollen/ daß sie die bemehlte unserer Oheim die Chur und Fürsten zu Sachsen / und ihrer allerseits Erben an solchen ihren Brauch und Gerechtigkeit deß nicht appellirens, inmassen ihren Liebden dieselben hergebracht / an diesen unsern privilegio nicht irren noch verhindern / sondern sie darbey ruhiglich bleiben/ und derselben gebrauchen und geniessen lassen / als lieb ihr jedem ist / unser und des Reichs schwere Ungnade/ darzu ein Poen/ nemlich hun-

dert Marck lötigs Gelds / zu vermeiden / die ein jeder / so offt er freventlich darwider thut oder handelt / halb in unser und des Reichs Cammer / und den andern halben Theil den Chur und Fürsten zu Sachsen verfallen seyn sol / zu bezahlen.

CAPUT XII.

De JURIBUS MISCELLANEIS.

PRæter hæc eminentiæ jura etiam nonnulla deprehenduntur, quæ haud exiguum splendorem serenissimis Electoribus Saxoniæ conciliant. Haud infimum obtinent locum confraternitates (quas idiomate Germanico Erbverbruderungen / nuncupamus) quæ nostris Serenissimis Principibus cum summis magnatibus intercedunt conspicuæ, qualis est confraternitas inter Serenissimos Duces Saxoniæ & Hassiæ Landgravios, quam peculiari disputatione illustravit summus ille Carpz. quo cupidum lectorem ob pagellarum angustiam remitto. Nec condemnandum præeminentiæ documentum quod protectores sint civitatis Mühlhusanæ, Northusanæ ac Erfurdianæ, quarũ priores civitatum Imperii addicuntur numero. An verò receptio hæc in patrocinium salvo jure fieri disceptatur inter Publicistas. Negantes his moventur rationibus quod quilibet status Imperii ab Imperio habeat Schutz / Schirm / Hülff / und Vertheidigung. Nec minus patrocinatur iis *titulus* 15. *A. B.* Reichs Abschied zu Speyer *de anno* 1529. §. wie auch Churfürsten Reichs Abschied zu Regenspurg / *de anno* 1541. §. Damit im heiligen Reich. Nec sine ignominia Imperatoris fieri contendunt, quia aliud patrocinium quærentibus imbellis & minus idoneus Imperator videretur. Quid quod hoc prætextu alienationis quædam species occulto interpraret. Verum quicquid sit licet plausibili fronte sese hæ rationes sistant, eo tamen me permovere haud potuerunt, quin affirmativam arriperem. Quod enim primum adversantium argumentum concernit respondeo: concedendo quidem status non se-

cule


esse debere patrocinium alterius quærere, si tamen velint & utilitas tam propria quam imperii efflagitet, non iis esse facilè denegandum. Constitutiones quod attinet loquuntur eæ de malitiosis coitionibus & fœderibus, quæ penitus non admittendæ non de iis quæ utilitatis gratia suscipiuntur. Ad tertium repono ignominiam, quæ illis videtur Imperatori accrescere esse planè nullam, quia Imperatori sic nihil detrahitur, quia juxta illud Brocardicon; Schutz und Schirm giebet keine Obrigkeit / noch macht Schutz Unterthanen sondern Schutzverwandte. Optime nobis inservit hic *l. 7. §. 1. ff. de empt. & post Lim. revers.* Ad ultimum denique regero negando penitus alienationem esse. Nil enim in protectorem venit nisi protectio. Sunt itaque Duces Saxonici dictarum civitatum Protectores optimo jure; quod quidem de Muhlhusa & Northusa manifeste constat. De Erfurda, vel ut alii volunt Gerfurda à fluvio Gera trans civitatem fluente dicta dubitatum fuit, scil: Daß die Stadt Erfurth von Alters her / den heiligen S. Martin Meintzschen Patron und gemeldten Stifft und Bischoff zuständig / welcher besambt den Stifft ihr rechter Erbherr ist / auch die Bürger daselbst / Rath und Gemeine sind solchen Stifft mit Treuen und Eyden in Form / wie vor Alters herkommen ist / gewand / und sind von derselben mit etlichen Freyheiten begabet / & sic judicatum in Camera Imperiali daß Rathmeister und Rath der Stadt Erfurt nicht gebühret noch geziemet / so viel die Stadt Erfurt / dero Bürger und Einwohner belangend die Chur und Fürsten zu Sachsen zu Erbherrn auffzunehmen. Sed affirmativa verior, cum ArchiEpiscopi limitata & restricta in civitate jurisdictio quod bona eorundem in Saxonum territorio quod adsit præscriptio, cujus initium memoriam hominum fugit. Protectionis hujus articulos *vid. ap. Lim. l. 4. c. 8.* Habent insuper pro protectione Duces Saxoniæ collectam 1500. aureis consistentem. Nec exiguum jus est jus Austregarum, quas inter se constitutas habent ab Electore Augusto, Johanne Friderico, Johanne Wilhelmo, quas confirmavit Imperator Carolus qnintus tenorem earum exhibet Limn. l. 5. c. 15. Et hæc sunt lector benevole quæ rimari & mirari jussit observantia, suasit pietas. Præeminentiam Serenissimi Electoris Saxonici juvenili adumbravi calamo, inque Carceribus hujus dissertatiunculæ inclusi, non ut eam exæquassem plenamque

que

que ſtitiſſem, ſed imitatus potius Geographos, qui regionem delineaturi punctulis & lineolis rem omnem abſolvunt. Quod ſi hæc diſſertatiuncula non ea qua par fuiſſet dexteritate ſit elaborata æquo ut dimetiaris animo obnixe rogo. Hæc enim res non juvenem in foro Academico adhuc verſantem, ſed virum in Aula edoctum ſingulari experientia inſtructum, & ad res iſtiuſmodi quaſi natum requirit. Licet igitur facultas non adfuerit, Benevolo tamen Lectori laudanda veniet voluntas, cum in magnis voluiſſe glorioſum ac magnificum.

Et ſic

Deo immortali laus, honor & gloria.



X cantu cognoscere aves, ex ungue leonem,
Ex sermone animum, dictio prisca jubet.
Qui Pflugi vult nosse animum, modo perlegat ista
Publica quæ fecit, verba diserta satis.
Nobilitatem animi, thema istud nobile monstrat
Ingenii vires nobile pandit opus.
Non possum Pflugi tibi non applaudere, namq;
Egregium factum gloria digna manet.

benevolentiæ testandæ causa pos.

CHRISTIANUS KLENGEL D.
p. t. Academ. Rector.

PFLUGI, Saxoniæ tuæ futuræ
Olim gloria, lumen, imò sidus,
Qui magni PATRIÆ PATRIS peritè
Ac doctè asseris, explicasq; jura,
Ausus egregios tuos & actus
Extollo, tibi gratulorque Amico
Totô ex pectore, comprecorq; Numen,
Ut porro studiis tuis benignè
Ex altô augmina clara subministret,
Votum sicq; meum atque firmet omen.

Fautori ac Amico suo multum colendo
f.
CHRISTIANUS AUGUSTUS
Lib. Baro à Friesen.

Ad
Generosum & Nobilissimum
DOMINUM PFLUGIUM,
De
SERENISSIMORUM ELECTORUM SAXONIÆ JURIBUS AC PRIVILEGIIS.
ad diem XXVI. Septemb. ANNO M. DC. LXIII.
disputantem.

UTI de totâ JURIS ROMANI Prudentiâ Johannes Barclajus in Satyrico, & Johannes Paulus Lancellottus in Scripto de Comparatione Juris Pontificii & Cæsarei & Utriusq; interpretandi ratione sinistrè admodùm judicant, ita potissimè illam JURIS ARTIS par-

partem, quæ de Universo ReiPublicæ Statu præcepta complectitur. At JUS PUBLICUM quemadmodum sæpe tradunt Juris Magistri, aut hujus professionem Nostratibus extorquere audent; cum tamen HÆC illam, quæ singulorum Civium commodis prospicit, multis parasangis antecellat; ac licet Cultorum suorum loculos adeo non augeat; ita tamen nobilis est, ut nihil, quod humi repat, aut proletarium, in Republicâ agat, sed quæ ad Religionem conservandam, Magistratuum Officia ordinanda, ac Imperium armis ac cæteris rebus muniendum unicè faciunt, quasi in altissimo sedens Throno Regina suis consiliis ac Institutis moderetur. Circa hanc Juris nobilissimam provinciam summâ curâ occupatum fuisse πολιτικώτατον IMPERATOREM JUSTINIANUM, in suo JUSTITIÆ Templo minimè obscura adsunt documenta. Hujus verò Juris Professio quomodo non poterat JURISCONSULTORUM tantùm esse? utpote quorum est, suos ita instruere, ut Imperantium ac parentium actiones possint esse quam prosperrimæ & communis ReiPubl. felicitas haberi ac conservari queat; Quiq; ex Imperii Legibus judicent, utrum res gestæ Legum Romano-Germanicarum Justitiæ conveniant, ostendantq; quid sit faciendum, aut fugiendum: Id quod DN. HERMANNUS CONRINGIUS Vir etiam in Jure Publico versatissimus & per omnia, Clarus in Præfat. Dissertationis de Juris Publici Justinianei in Germania Autoritate profitetur:

> *Ne quidem doceo, scribens, Juris Germanici Publici Doctrinam Romani Juris Doctoribus perperam committi, aut aliis committendam, vel Philosophiæ alicui parti transscribendam esse.*

Cave deinde sis, in Aulas hanc cognitionem differas, ubi non præceptis sed exemplis opus est: nosse enim antè oportet Rempublicam, quàm de Ea consilium des. Tu verò NOBILISSIME GENTE ET MENTE PFLUGI rectè facis, quod intentiori curâ PUBLICA JURA in Academiis imbibis: Quorum egregios TE hactenus fecisse profectus, præsens de JURIBUS ac PRIVILEGIIS SERENISSIMORUM SAXONIÆ ELECTORUM Tibi elaborata Disputatio prodit. Habes profectò ELECTOREM, Qui Virtutes optimè æstimat, & Cui nihil gloriosius, quàm Illustres & Claros habere Vasallos ac subditos quàmplurimos: Nefandâ illa tempora, ubi laudari capitale fuit, ac non modò in ipsos Autores, sed & libros eorum sævitum fuit, unde

hic

bis & aliis satis necessariis. Te informare poterit ampliùs CHRISTOPHORUS PFLUGIUS, *EQVES MISNICUS, Vir Imaginibus & Doctrinâ Clarissimus in Suis ex Tacito excerptis Digressionibus Politicis, & quem ipse admonuit* SCIPIO AMIRATUS *in Dissertationum Politicarum libris. Perge igitur hanc, quam calcas, viam,* ERUDITE NOBILIS, *cum ad gloriam ducat, ac aequi consule gratulantem* TUO PRINCIPI, TIBIque, [illegible] *amantem amâ. Scribeb. d.17. Septembr. Anno ut suprà.*

JOACHIMUS Merger/
D. & Prof. Publ.

In
Disputationem
GENEROSI ADOLESCENTIS,
OTTONIS HENRICI PFLUG
Equit. Misn.
SINGULAREM SERENISSIMI, ELECTORIS SAXONIÆ EMINENTIAM,
explicantem.

PFLUGI, Parentum Spes amorque, Mens proba,
Generosa & erudita. Materiam Tuâ
Dexteriore & igneâ indole discutis,
Dum jura SAXONICÆ DOMUS amplissima
Invictus asseris, acriorque vindicas,
Et bene perenne Tibimet asseris decus,
Assertor acrior salutis publicæ.
Hac macte laude, perge cursus nobiles.
At tandem Nostro PRINCIPI, INCLYTÆ DOMUI
Utrique summis, ausibus doctissimis
Hic Te studiaque comprobare strenua,
Dum tantus exurgas Vir ipse, quem Tui
Et Nobiles rarique spondent impetus.

Quod gratulab. depropér.

CONSTANTINUS Ziegra
SS. Th. D. P. P.

Regno-

Regnorum quondam tradebas fata, Cathedræ
De ponte celso Lipsiæ civis meæ:
Nunc, cum Leucoris alma sibi Te vendicat, ample
Sermone docto jura tractas Principum.
Gratulor atque Tibi prosperrima fata precatus
Opto superstis publico diu bono.

Nobilissimo Juveni, suo Lipsiæ contubernali scribeb.

CHRISTIAN FRIDERICUS Franckenstein
LL. & Histor. Prof. Publ, Collegii Majoris
Principum Collegiatus, Alumnor. Electoral. Inspector, & Acad. Decem Vir.

Ad

GENEROSUM AC NOBILISSIMUM JUVENEM,

OTTONEM HENRICUM DE PFLUG,

Equidem Misnicum, amicum singularem,


Cum de Singulari Serenissimi Electoris Saxoniæ eminentia, publicè disputaret.

Ingenio angustos magno penetrare recessus
Nescis, &, PFLUGI, vilia scripta dare.
Saxonici quò se diffundit Numinis astrum,
Quo VVidekindeus splendor avitus habet;
Quàm latè Patriæ Patris se gloria promit,
Et tanti imperii regia jura patent;
Tam latè ostentas animum, gestisq; per Orbem
Doctrinæ & Studii spargere grande decus.
Proximus à summo debetur Numine cultus
Principibus, celebrans hunc, celebrandus erit.

OTHO PRÆTORIUS P.P.

Ein hoher Edler Geist/ der pflegt sich zu bemühen
Wie er in Lob und Ruhm stetswärend möge blühen
Indem er durch die Kunst/ Witz und Geschickligkeit
Sich selbsten gantz erlöst von der Vergessenheit.
So wil dein Geist / ô Freund / auch in die Höh sich schwingen/
Und deinen Nahmens-Ruhm biß an die Sterne bringen
Durch die gefaste Schrifft / drumb spare keinen Fleiß/
Es wird dir bringen einst viel Ehre / Ruhm und Preiß.

Seinem Hochgeehrten Herrn Vetter
satzte zu Ehren dieses aus schuldigster Pflicht



Friedrich von der Schulenburg/ *Equ. Misn.*